

ADDITAMENTUM
AD
FLORAM CANARIENSEM

A

E. R. SVENIENIUS

MATRITI
AGRONOMIARUM INVESTIGATIONEM NATIONALE
HISPANICUM INSTITUTUM
M C M L X

Depósito Legal: M. 4.635 - 1960.

Tipografía Artística. - Alameda, 12. - Madrid.

PRÆFATIO

Canariarum Insularum Phytographica studia in quattuor præcipue tempora partita congenerere possumus, quibusdam inter ea hac de re annis ex silentio transactis.

Horum tria chronologice prima studiorum tempora, quodammodo videntur anthologiae, quarum opus quoddam in unoquoque tempore scientiæ summum apicem attingit. Quartum vero, hodiernum tempus, nondum ad finem perventum videtur.

Ineunt canariensis Floræ studia iam ab annis illustrissimi CAROLI LINNÆI (1753-1763), cum et ipse et eius filius (1781) paucas canarienses plantas describerent. Deinde tres anglici celebres botanistæ: PHILIPPUS MILLER (1768), FRANCISCUS MASSON (1777) et AITON (1789) paulatim quasdam novas species canariensi Floræ adiunxerunt. Clarus canariensis presbyter IOSEPHUS VIERA ET CLAVIJO, prior insularium Naturalis Scientiæ cultor *Dictionarium Historiæ Naturalis Insularum Canariarum* (1790) edidit, opus certe huius generis præcipuum præstantissimumque eius temporis existimandum, quamquam nullam novam speciem canariensi Phytologiæ addiderit. Clarus hispanus botanicus IOSEPHUS ANTONIUS CAVANILLES suum canariensium plantarum studium primum anno MDCCCI typis dedit, et gallicus J. B. BORY DE SAINT VINCENT (1802) quasdam novas contulit, quorum scripta horum studiorum primi ævi finem faciunt. Iam vero nullum prolatorum opus canariarum Phytographiam exclusive re vera disputat, tamen ad nostra studia in posterum versanda viam adaperiunt.

Ævum studiorum alterum initia habuit ab anno MDCCCXVI scriptis clari germani geologi LUDOVICI DE BUCH, imprimis *Compendio Generali Insularum Canariarum* (1816), tum aliquot annis post alio opere auxiliante claro norvegiano CHRISTIANO SMITH (1825). Ingens *Prodromus Systematis Naturalis* notissimi helvetici botanistæ ILDEPHONSI DE CANDOLLE (1824-1873) varias novas canarienses plantas complectitur. Anno MDCCCXXVIII clarissimus anglicus botanicus PHILIPPUS PARKER WEBB et clarissimus gallicus eruditus SABINUS BERTHELOT in Fortunatis Insulis botanica studia incoarunt et strenue peregerunt, quorum vere insignis *Phytographia Canariensis* (1836-1850) etiam nunc maximum omnium temporum tributum canariensi Botaniciæ æstimatur. Germanicus geologus GEORGIUS HARTUNG (1853-1854) vegetalium insularum canariarum orientalium, Pluviariæ sen Lanzarotti et Herbanæ sive Fortisventuræ, notitias auxit. Itemque germanicus cl. Doctor F. SAUER (1880) primum *Catalogum Plantarum Insularum Canariarum* usque ad huc cognitarum in lucem edidit; ac simul tempore hispanus clarus Doctor medicinæ RAIMUNDUS MASFERRER ET ARQUIMBAU (1880-1882) nivariensis seu teneriffensis Floræ repertorium commentariis ornatum perpolivit. Paulo post iisdemque ferme annis, studiosi duo quorum opera maximi sunt momenti, helveticus alter clarus Doctor H. CHRIST (1888-1891), alter germanicus cl. Doctor CAROLUS BOLLE (1861, 1892-1893) his in insulis plantarum collectanea fecerunt. Ipsi et britannicus indagator R. P. MURRAY (1899) alterum et laboriosum horum studiorum ævum finierunt, quod summo iure *ævum Webbianum* nuncupabitur.

Post tot adeo operosos annos tamque copiosos libris, breviter ea studis intermittuntur, usque dum clarus germanicus studiosus J. BORNMÜLLER (1904) duarum peragrationum in Canarienses Insulas botanicas summas recensuerit; et gallici clari J. PITARD et L. PROUST (1908-1909) perfectum satis *Catalogum Canariensis Floræ Vasculares* ediderint. Tum patientissimus investigator cl. Doctor OSCARIUS BURCHARD canariensia botanica studia anno MCMIII incoavit, eiusque opera (1910-1929) horum studiorum tertii ævi apicem attige-

runt, et notissima sua *Œcologia et Biologia Canariensium Plantarum* omnia in lucem edita coæva opera antecellit. Nominandi etiam sunt ob impleta studia anglici indagatores clari Doctores T. A. SPRAGUE et J. HUTCHINSON (1913-1914), et germanici investigatores: cl. Doctor H. KNOCHE (1923) et cl. Doctor L. LINDINGER (1926). Et clari anglici botanistæ Doctoris L. PRÆGER reapse æstimabilis monographia super *Crassulaceas Endemicas Canarias*, anno MCMXXXII finem imposuit horum studiorum tertio et satis fecundo ævo *Burchardiano*, ut nuncupare audeo.

De quarto hodiernoque ævo canariensis Phytographiæ hæc fere recensenda.

Denuo aliquantulum cessant canarium Botanicæ studia usque ad annum MCMXLIII quo, auctor huius opusculi, in has Fortunatas Insulas perveni. Cum priorum indagatorum itineraria investigarem, facile animadverti eos præsertim ævi Webbiani collectorum vias persecutos esse et vestigia calcasse. Hac de causa remota loca adituque difficiles Canariarum Phytographiæ *terra incognita* putanda erant, et suspicandum plures variasque plantas Scientiæ Naturali modo ignotas, præsertim in regionibus magnis montibus præruptis et locis anfractuosis et arduis nobis latitare. Idcirco factum est ut quam plurimæ plantæ nuperrime inventæ, tam a me quam ab aliis scrutatoribus abhinc annos quindecim, iis arduis locis reperitæ fuerint.

Amici et collegæ dilectissimi clarus Doctor LUDOVICUS CEBALLOS FERNÁNDEZ DE CÓRDOBA clarusque FRANCISCUS ORTUÑO MEDINA (1947-1951), itemque clarus Doctor PIUS FONT QUER (1948) his novissimis annis ediderunt quasdam canariensis Floræ investigationes, quas magni momenti Botanicæ oblationes memoratque dignas arbitror. Nondum in publicum edita sunt collectanea botanica facta a claris Doctoribus B. PETERSON (ex Fennia) et IOHANNES LID (ex Norvegia), a quibus nova et haud dubia eximia tributa canariensis Floræ exspectantur. Fruimur demum opere phytogeographico quod *Compendium Plantarum Vascularum Insularum Fortunatarum* clarus americanæ septentrionalis Doctor CORNELIUS LEMS (1958) recentissime scripsit.

Parva mea scripta quædam (1946-1954) iam bis duodenas insulares novas species descripserunt; adde etiam quod nostrum hoc *Additamentum ad Floram Canariensem* alios complures nec modicos proventus exhibebit, quos collectaneis ab anno MCMXLVI usque ad MCMLIX has insulas peragrando reperi. Diversas rationibus huius operis editio sero dilata est, præsertim ob difficultates materiæ obtinendæ ad omnia perfectas descriptiones. Hanc tamen cunctationem satis brevem clarus lector putabit. Quædam mei operis descriptiones fructuum seminumque diagnosi carent; de quibus alio opere certiores faciam lectores, cum minutatim necessarias materias obtineam. Illustrationes factæ sunt ratione habita holotyporum qui in Herbario Horti Plantarum Arautapensis asservantur. Plantæ vero a me descriptæ ordine digeruntur iuxta *Syllabum MCMXXXVI* præclari ADOLPHI ENGLER.

Demum mei pergrati animi signa danda sunt præstantibus Institutionibus clarissimisque viris, quorum auxiliis hoc opus ad exitum perduximus. Ideo eorum nomina hic honore notantur: INSTITUTUM NATIONALE HISPANICUM INVESTIGATIONUM AGRONOMIARUM et eius Præses Excmus. D. MICHAEL ECHEGARAY ROMEA quod huius editionis sumptibus suffragatur; clarus amicus D. MICHAEL OROZ PÉREZ DE LANDA qui opus technice distrinxit; HORTUS ACCOMODATIONIS PLANTARUM ARAUTAPÆ et eius Directores cl. D. ANDREAS GARCÍA CABEZÓN et cl. D. GEORGIUS MENÉNDEZ RODRÍGUEZ qui summopere et benevolenter me adiuvarunt; Excmum. CAPITULUM INSULARE MAGNÆ CANARIÆ INSULÆ eiusque Præses Excmus. D. MATTHIAS VEGA GUERRA et Capitularis cl. D. GRACILIANUS MORALES RAMOS; Excmum. CAPITULUM INSULARE GOMERÆ INSULÆ eisque Præses Excmus. D. MICHAEL PALMERO CADAÑA ob subsidia meis itinerariis commodata; cl. amicus R. P. ADEODATUS F. MARCET, O.S.B. qui hoc scriptum reputavit; cl. D. EMMANUEL GONZÁLEZ MATOS et cl. Doctor IOANNES ÁLVAREZ DELGADO eorum in textum collaborationis gratia; clarus denique Doctor PIUS FONT QUER ob opportuna et sapientia consilia.

Postremo grates etiam ago iis Canariarum Insularum personis, mea itineraria efficax auxiliium et hospitalitatem ex animo præstantibus, quorum nomina hic proferuntur. In Nivaria seu Teneriffe: clarus Dr. med. CŒLESTINUS GONZÁLEZ PADRÓN et coniux, cl. Professor LUDOVICUS WILDPRET ÁLVAREZ et coniux, clarusque D. FRANCISCUS ORTUÑO MEDINA. In Junonia major seu Insula Palma: clarus D. IOSEPHUS GUADALUPE DURÁN. In Junonia

minor vel Insula Gomera: clarus D. BONAVENTURA BRAVO EXPÓSITO et coniux, cl. D. IOSEPHUS DUQUE MARTÍNEZ, cl. D. PHILIBERTUS DARIAS VEGUERO, D. EMMANUEL MORA BENTO, D. ANTONIUS EVARISTO PADILLA et coniux, D. CARMELUS HEREDIA OLMO et D. BARTOLOMÆUS LLORET. In Ombrion sive Insula Ferro: D. IOSEPIUS REBOSO AYALA et D. ZOSIMUS HERNÁNDEZ MARTÍN et coniux. In Canaria Magna seu Gran Canaria: clarus D. IOHANNES NOGALES HERNÁNDEZ, cl. D. IACOBUS O'SHANAHAN BRAVO DE LAGUNA, cl. D. FERDINANDUS NAVARRO VALLE et D. IOHANNES GONZÁLEZ GARCÍA. In Pluviaria seu Lanzarotti insula: clarus D. MARIANUS LÓPEZ SOCAS et coniux. In Herbania sive Forteventura: clari DD. GUSTAVUS WINTER et FRANCISCUS ESPINOSA RODRÍGUEZ eorumque coniuges. Gratias etiam habeo auxiliariis meis CAROLO GONZÁLEZ MARTÍN, OLEGARIO MESA GONZÁLEZ et ISRÆLI BELLO GONZÁLEZ, qui per tot annos obsequiosam operam præstatarunt.

Eos omnes laudibus extollo acceptæ gratiæ memor semper ero, nam eorum erga me animo et in meos labores benevolentia, multis acrimoniis sublati, hoc opus ad exitum perducere potui.

Scrpsi Portu Crucis in Nivaria, Kalendis Iuliis anni MCMLIX.

Ericus R. Sventenius.

LILIACEÆ

Androcymbium psammophilum Svent., nova spec.

Sectio *Erythrostictus* (Schlecht.) Benth.

PARVA planta bulbo elongato-ovoideo, leviter compresso, basi dilatato-lunato-cultriformi, crenulato-undulatisve, tunicis vetulis crebris, coriaceis, nigris; scapo hypogaeo, filiformi, ad apicem incrassato, 5-20 cm. long., flexuoso, glabro, monophyllo, generaliter cum tunicis veteris ornato. Foliis linearibus, 8-15 cm. long., acutis, amplexicaulibus, carinatis, saturatè viridi-glauciscentibus; caulinia dimidio epigaea; apicalibus 3-5 in rosula laxa, humifusa congregatis. Inflorescentia densè aglomerata, sessilia, generaliter 3-6-flora; floribus subsessilibus, bracteatis, bracteis inaequilongis, ovato-elongatis, 20-25 mm. lat., concavis ad basim, longè attenuatis; perigonii laciniis linearispathulatis, in dimidia parte unguiculatis 25-30 mm. long., ca. 6 mm. lat. ad apicem, subobtusis, albis, 5-nervatis (aliquando purpureo-nervatis); staminibus ad apicem unguiculi insertis, ca. 4 mm. long., filamentis linearisubulatis, geniculatis et luteo-maculatis in basi et super unguiculam valde decurrentes; antheris ellipticis, atropurpureis; carpidiis brevibus, coniciis; stigmatibus subulatis, divergentibus, virescentibus, carpidii longioribus et staminae aequilongis. Capsula ovoidea, profundè sulcata, cuspidata, foveolata, 15-20 mm. long.; seminibus sphaericis, breviter apiculatis, 1,5 mm. diam., minutissimè ruguloso-granulosis, nigrescentibus cum sutura satis notata.

Floret mense Novembri-Aprili; fructificat Februario-Maii.


Habitat in arena mobili et in arenosis petrosis litore maris.

Locus originis: Herbania (Insula Fuerteventura vocata); regione orientali prope pagum Corralejos, ubi datur sat abundans. Lecta cum paucis floribus et abundè seminifera die 1 Aprilis 1956.

EXPLICATIO TABULÆ I

Androcymbium psammophilum Svent.

α . Planta integra florida (magnitudine naturali); β . perigonii lacinia (2 x); γ . stamina (4 x); δ . carpidium;
 ϵ . capsula (uterque 2 x); ζ . semina (8 x aucta).



Androcymbium psammophilum Svent.

Allium trifoliatum Cyr.

subspec. *obtusitepalum* Svent., ssp. nova.

BULBUS cum tunica grisacea; folia carnosa, glaucescentia, leviter canaliculata, 4-6 mm. lata, margine glabro, scapum superante, intima generaliter filiformis; vagina piloso-pubescentis. Umbrella 8-13-flora; pedicellis ca. 15 mm. long. (tertia pars breviori quam in typo); laciniis perigonii ellipticis, obtusis, 3 mm. lat., apice integro vel subdentato; filamentis staminalibus inclusis, latè et triangulariter ad basim prolati; stylo 3 mm. long. (demi pars breviori quam in typo); capsula globosa, circum stylum annulari-incrassata, non depressa; semine aliquantulum majori, sordidè nigro, minutissimè crystallino-papilloso cum facetibus internis concavis, laevigatis, angulis obtusis cum superficie dorsali minus reticulato-concava quam in typo.

Floret Januarius-Aprilus; fructificat Martio-Maio.

Habitat in humosis inter rupes.

Locus originis: Insula "Alegranza" dicta; in profundi magni crateris "La Caldera" vocato, ubi est sat copiosa. Legi die 14 Aprilis 1954.

Asparagus umbellatus Link.

var. *flavescens* Svent., var. nova.

DIFFERT a typo floribus flavescentibus vel badiis; perigonii laciniis amplioribus, exterioribus elongato-ellipticis, obtusiusculis, interioribus latè aovatis; caulibus gracilioribus.

Floret et fructificat ut in typo.

Habitat in dumetis atque in declivibus saxosis subumbrosis.

Locus originis: Canaria Magna; prope Tafiram in valle Iniguada dicta, ubi sat abundans. Legit cum flore et fructu immaturo die 26 Novembris 1956.

Asparagus fallax Svent., nova spec.

Sectio *Asparagopsis* (Kunth) Baker. --- Subsectio *Corruda* W. B.

STIRPS paucicaulis, caulis frutescentibus, 40-100 cm. vel amplius altitudinis, simplicibus vel supernè ramificatis, nudis ad $\frac{2}{3}$ vel $\frac{3}{4}$ infernè, erectis (haud sarmentosis), subcylindricis vel obtusè angulosis, substriatis, scabriusculis, densè ad apicem ramoso-ramulosis; ramulis erecto-patentibus; squamis rhomboideis base deltoidea, curvata et aliquantulum pungenti, supernè applicata, subulata, semiadpressa. Cladodiis in verticillastribus semiapertis, terminalibus copiosioribus (ca. 18-20), 10-15 mm. long., leviter tetragono-cylindricis, acutiusculis, rigidis, scabriusculis. Inflorescentiæ in verticillastribus superioribus ramulorum fasciculatis, paucifloribus (generatim 5-8 floribus); pedunculis gracilibus, erectis, ad tertiam partem inferiorem articulatis, $\frac{1}{3}$ brevioribus quam cladodiis; floribus 10 mm. diam., suavem odorem redolentibus; laciniis perigonii obtusis, albescentibus, dorso flavescensibus vel rubescentibus, interioribus aovatis, 4 mm. long., 2 mm. lat., exterioribus cum base dilatata; antheris oblongis; ovario ovoideo-elliptico, breviter stipitato; stylo vix 1 mm. long., elongato-conico; stigmae laciniis brevissimis, apice pingui, papilloso. Bacca 1-2-sperma, valde succosa, globoso-depressa, aurea, stylo sicco breviter munita; semina irregulariter globosa vel hemisphaerica, nitidè nigra, transversè leviter aciculata.

Floret autumnno-verae; fructificat Augusto-Novembri.

Habitat in humosis et umbrosis laurisilvae humidæ.

Locus originis: Nivaria (Tenerife); valle Tagananae in loco vulgo dicto "Las Vueltas" ad 400-700 m. supra mare, ubi plus minusve parçè invenitur. Legi in plena floratione et cum fructu semimaturato die 18 mensis Julii 1952 et cum fructu maturo die 6 Septembri ejusdem anni.


Mihi videtur *Asparagus fallax* erroneè sit definitibus ut *A. umbellatus* Link. vel tamquam simplex forma istius, tamen indubitanter existit affinitas inter illos.

Cl. Philippus Barker Webb in magnum suum opus PHYTOGRAPHIA CANARIENSIS, Tomus III, pars II, pag. 327 memorat *Asparagum umbellatum* ut stirps "novembre florida et densifolia fereque glabra in sylva Tagananae legit Bourgeaus" quem probabiliter debet referri ad *Asparagum fallacem*.

EXPLICATIO TABULÆ II

Asparagus fallax Svent.

α . Tutio floriger et fructiger (magnitudine naturali);
 β . perigonium (2 x); γ . semina (4 x aucta).



Asparagus fallax Svent.

SANTALACEÆ

Thesium psilotocladum Svent., nova spec.

Sectio *Friesia* Endl.

FRUTICULUS 60-100 cm. alt., habito erecto, ramosissimo; ramis cortice rimoso, luteo-griseo, strictis, fastigiatis, densè ramulosis, ramulis subtrigonis, flexuosis, setulosis (sub lente), viride-olivaceis. Foliis squamiformibus, minutissimis 1-1,5 mm. long., ca. 0,5 mm. lat. ad basim. rigidis, applicatis, lineari-subulatis, acutis, spadaceis, margine ciliato, carinatis, dorso puberulento (sub lente). Inflorescentiis generaliter 1-3 floribus, subsessilibus, tribracteatis, bracteis triangulari-subulatis, ciliatis; floribus pentameris, lateralibus sterilibus, intermedia fertili, brevissimè pedicellatis; periantho 3-4 mm. diam., lutescenti, externè puberulento, internè minutissimè papilloso, subcarnoso, usque ad medium diviso; laciniis ovato-deltoideis, apice obtusiusculo, crasso, margine ciliato-denticulato; staminibus dimidio brevioribus quam laciniæ, filamentum ad basim dilatato, longitudinaliter antheram globulosam æquante; stylo recto, breviori quam stamina; stigma truncato; flore fertili sessili, tribracteata, perianthi lacinis albipilosi-pennicillatis inter staminam et apicem; disco sat proeminenti; ovario ovoide-cylindrico; stylo incrassato, ferè æquivalenti longitudine stamina; stigma discoideo, obscure 3-laciniato, laciniis triangulari-rotundatis.

Fructus tam semina incognita.

Floret Februario-Martio.

Habitat inter rupes abruptas, calidas et siccas.

Locus originis: Nivaria (Tenerife); Masca ad 800 m. supra mare, ubi datur rarissima.

Lecta cum flore die 1 Martii 1948.

Thesium psilotocladum est magni momenti non tantum pro Flora archipelagi canariensis, sed etiam propter extensionem geographicam sectionis *Friesia* usque nunc exclusive limitatam ad Africam australem. Probabiliter haec nova species potest admitti ut septentrionali sectionis *Friesia*.

EXPLICATIO TABULÆ III

Thesium psilotocladum Svent.

α . Ramus floridus (magnitudine naturali); β . inflorescentia (4 x); γ . flos femineus; δ . idem masculus (ambo 10 x auctis); ε . sectio perigonii cum stamina et glandula (ferè 20 x auctae).



Thesium psilotocladum Svent.

CARYOPHYLLACEÆ

Spergularia fimbriata Boiss. et Reut.

var. *interclusa* Svent., var. nova.

DIFFERT a typo foliis sparsè piloso-pubescentibus; sepalis densè hirsuto-glandulosis; seminibus difformibus, plerumque compressis, angustiore alatis, fuscescentibus, alis minutissimè fimbriatis et breviter interruptis; caeteris apteris, piriformibus vel subreniformibus et minoribus quam in typo.

Floret et fructificat hieme-verae.

Habitat in fissuris rupium soleatis et in clivibus glareosis, siccis.

Locus originis: Archipelagus Canariensis; in parva insula Mons Clarus (vulgo dicta Montaña Clara), ubi legi cum flore et fructu die 17 Maii 1953. In tota insula sat frequens.

Polycarpaea carnosa Chr. Sm.

var. *spathulata* Svent., var. nova.

PLANTA magis majori, pendula, ramonissima, ramis usque ad 3 m. longitudine, attingentibus; foliis spathulatis vel cochleariformibus in longum petiolum sensim attenuatis, 30-35 mm. longis (duplo longioribus quam in typo); inflorescentiis valdè multifloris pseudocorymbum densum, hemisphaericum constituentibus; bracteis latè ovatis, acutiusculis, margine hyalino, latiore et sat lacerato-fimbrilifero; floribus ferè duplo majoribus, calyce divisionibus acuminato-aristatis; filamentis duplo longioribus quam petala a typo differt.

Floret et fructificat ut in typo.

Habitat in rupibus abruptis, subumbrosis et siccis versus 100 m. supra mare.

Locus originis: Junonia minor (Gomera); regione australi, in magno cavo vulgo dicto "Rajita", ubi est sat abundanter. Legi cum flore et semine die 30 Augusti 1957.

Polycarpæa carnosæ Chr. Sm.

var. *diversifolia* Svent., var. nova.

DIFFERT a typo habitu erectiusculo dein prostrato, intricatè ac divaricatè ramoso; caulibus valdè nodosis, nodis protuberantes, densè albo-lanatis; ramulis gracilioribus; foliis 6-8 in verticillatribus inaequalibus congregatis, difformibus, inferioribus majoribus, plus minusve spathulatis, obtusis vel acutiusculis, minoribus (ferè semper foliæ ramulorum) lanceolatis vel lanceolatisve-rhomboides, plus minusve petiolatis; inflorescentiis hæmisphaericis; bracteis ovatis, muticis, margine integro, angustè hyalino, fimbriato in basi; calyce divisionibus acuminatis; filamentis aliquantulum longioribus quam petala linear-lanceolata, mutica; semine ovoideo-elongato (semina typo et var. *spathulatae* est lineari-cylindrica et ferè duplo longiora), ruguloso, mellicolori et in basi sat profundè cavo.

Floret et fructificat Maio-Julio.

Habitat in saxis apricis, siccis.

Locus originis: Junonia Minor (Gomera); in magno cavo "Herèdia", vulgo dicto, juxta pagum Tagalucho ad 750 m. alt., ubi est sat pauca. Legi cum flore et fructu die 14 Maii 1959.

LAURACEÆ

Apollonias Ceballosi Svent., nova spec.

ARBOR 4-10 m. alt., cuma ampla, compacta, plus minusve depresso-hemisphaerica, densè ramificata; truncus brevis (in arboribus vetustis usque ad 50 cm. diam.), cortice rudè aspero-fissuroso, nigrescenti; ramulis erecto-divergentibus, semiflexuosis (nom tam fragiles quam *A. canariensis* Nees.), densè foliosis ad apicem. Foliis sat horizontaliter dispositis, duriusculo-chartaceis, fragilibus, aovato-acuminatis, apice obtusiusculo, basi subitè attenuatis, nitido-virescentibus ad anversum, pallidioribus ad reversum (colore aerato et densè areolatis in sicco), plus minusve bullato-convexis, margine aliquantulum revoluta, nervio medio canaliculato et valde inmerso ad faciem anversam, valde prominenti et glaberrimo ad reversum, nerviis secundariis suboppositis, valdè notis ad utraque faciem; petiolo recto vel vix geniculato, incrassato, profundè canaliculato, 10-20 mm. long. Inflorescentiis in paniculis breviter pedunculatis, densis, rigidè divaricatis, dimidio brevioribus quam folia, cymulis 2-4-floribus; pedicellis rectis, in longitudine diametrum perigonii aequantibus; bracteis elongato-ovatis, obtusis, densè pilosis ad faciem interiorem; floribus 7-8 mm. diam. cum perigonio planiusculo-deflexo, albido-flavescenti, laciniis externè glabris, quinquenervatis (valde visibilibus in sicco); exterioribus ovatis vel deltoideo-ovatis, obtusis, albo-pubescentibus; interioribus latè ovatis, densè albo-tomentoso-pilosis; staminibus externis lacinias aequantibus; internis aliquantulum brevioribus; filamentis valde albo-hirsutis, subulatis; antheris lineari-lanceolatis, subtruncatis, 1 mm. long., 0,5 mm. lat. maxima, ad basim attenuatis; staminodiis cum filamentis hirsutis, externis reniformibus, internis cordiformibus, acutiusculis; ovario aovoide, eglanduloso, 1,5 mm. long.; stylo brevioribus quam stamina; stigma discoideo. Pericarpio fructi globoso-olivaeforme, 25-30 mm. long., 20-25 mm. diam., valde carnosum, nigrescenti; protuberantia perigonalibus valde prominentibus, exterioribus subecos-tatis, supernè truncatis, decurrentibus super pedicellum; interioribus calloso-induviaeformibus; semine ovoideo, sine protuberantia apicali, aliquantulum asymetrica.

Floret Septembri-Octobri; fructificat Augusti-Septembri.

Habitat in humosis inter rupes subhumidis atque soleatis proclivibus ad nebulas nocturnas expositis.


Locus originis: Junonia minor (etiam Insula Gomera dicta); ad ingentes rupes petrosas super pagum Alojera dictum in regione austro-occidentale inter 600-1.000 m. supra mare, ubi datur plus minusve abundans. Lecta cum flore et fructu die 9 Septembris 1957.

Praeclaro et carissimo amico Dr. Ludovico Ceballos Fernández de Córdoba, investigatori benemerito Floræ canariensis dedico.

EXPLICATIO TABULÆ IV

Apollonias Ceballosi Svent.

α . Ramus floridus et fructifer (magnitudine naturali) ;
 β . flos; γ . perigonii lacinia interiora; δ . idem exteriora (ambae 5 x auctae); ϵ . stamina cum staminodiis; ζ . ovarium cum stylo et stigmate (ambo 10 x auct.); η . semina (magn. nat.).



Apollonias Ceballosi Svent.

CRUCIFERÆ

Parolinia schizogynoides Svent., nova spec.



SUFFRUTEX 30-80 cm. alt., compactus, ramosissimus; radicibus aliquando stolonifero-serpenticibus; ramis horizontalibus vel erecto-patentibus, valde ramulosis; cortice grisaceo-lutescenti, fissuroso, in ramis juvenilibus densè albo-pannoso. Foliis ad apicem ramulorum glomeratis, 15-25 mm. long., 2-4 mm. lat., linearibus, obtusiusculis, leviter ad basim attenuatis, crassiusculis, firmis, canaliculatis, densè stellato-albo-pannosis. Inflorescentia in racemo simplice, erecto, 4-8 cm. long., pedicello sepala aequante; gemma sub-

quadrangulati-prismatica, truncata; sepalis 3 mm. long.; 1 mm. lat.; valde concavis atque apice cucullato, albo-pannosis; petalis ca 6 mm. long.; lineare-spathulatis, apice rotundato et ca. 2 mm. lat., ad basim attenuatis, sepalis usque ad medium superantibus, albis, in defloratione rosaceis; filamentis 3 mm. long., lateralibus usque ad medium brevioribus; anthera 1 mm. long., lanceolato-elliptica, obtusiuscula, basi cordata; ovarium vix 1 mm. long., stellato-pilosum; stylo brevissimo, glabro; stigma capitiforme, subplano. Siliqua (cum appendicibus) 12-15 mm. long., 2-2,5 mm. lat., recurvata, albo-tomentosa, in secundo anno maturitatis dehiscente, valvis acutiusculo-gibbosis ad basim, facie subplana cum margine crassato, 2-3 sperma (rarè 4-sperma), a stylo sicco recto atque dimidio brevior coronatis; appendicibus longitudini valvis aequantibus, rectis vel aliquantulum recurvatis, diversilongis, breviter divergente-bifurcatis vel ad apicem tridentatis. Semine elliptico vel rotundato, colore castaneo, albido-foveolato, margine albo-alato.

Floret Februarius-Aprilus; fructificat Augusto-Octoberis.

Habitat in clivis glareoso-argillosis et inter rupes basalticas, locis soleatis, siccis.


Locus originis: Junonia minor (Insula Gomera); in regione austro-occidentale, Argaga a 150 m. ad 300 m. supra mare, ubi datur sat abundans. Lecta cum fructu die 10 Octoberis 1956 et cum flore die 8 Maii 1957.

Parolinia schizogynoides notabiliter differt a *Parolinia ornata* Webb minore statura, habitu densè compacto-ramoso, cortice lutescenti et maximè a siliqua brevior, 2-3-sperma (*P. ornata* est 5-8-sperma), appendicibus breviter divisis vel tridentatis (appendices *Paroliniae ornatae* sunt profundè bifidis) et a seminibus ellipticis et duplo majoribus quam semina illius speciei.

EXPLICATIO TABULÆ V

Parolinia schizogynoides Svent.

α . Ramus floridus; β . idem fructiger (ambo magnitudine naturali); γ . gemma; δ . flos; ϵ . petala; ζ . sepala (omniae 2 x auctae); η . stamina interiora ac idem exteriora (6 x); θ . androceum (4 x); ι . gynoecium arte anticè visum (6 x); κ . semina (10 x aucta).



Parolinia schizogynoides Svent.

CRASSULACEÆ

Aeonium vestitum Svent., nova spec.

Sectio *Holochrysa* Praeger.

SUFFRUTEX 40-60 cm. alt., erectus, parçè ramificatus; ramis rigidè horizontalibus vel erecto-patulis; truncis vetustibus 3-4 cm. diam., cortice nigricanti, rimoso-fissurosa, aspera cum fixatricibus protuberantibus atque coopertis a foliis siccis, pergaminosis et rigidis per annos multos, truncis juvenibus 2 cm. diam., grisaceis cum fixatricibus parum prominentibus, lineari-ellipticis. Foliis in rosula densa confertis, rigida, 8-15 cm. diam. cum centro semiclusis, persistentibus, lanceolato-spathulatis, apice rotundato-apiculato, subpetiolatis, 5-10 cm. long., 2-3 cm. lat. maximis, glabris, leviter purpureo-maculato-striatis ad apicem, margine ciliato-fimbriato ciliis hyalinis; foliis floralibus lanceolato-ellipticis, acutis, rubro-striatis. Inflorescentia conicè paniculata, 8-12 cm. long., sat densa; ramulis floralibus simplicibus vel dichotomicis, glabris, lanceolato-bracteatis; pedicellis glabris, longitudinem floris aequantibus; gemma hemisphaerice-obconica; floribus 9-10-petalis, 13-15 mm. diam., calice glabro, divisionibus triangulari-elongatis, 1 mm. long., 0,8 mm. lat. in basi; petalis lineari-lanceolatis, apice erosi aut bi-tridenticulato, 5 mm. long., 1-1,5 mm. lat., glabris, intensè sulphureis; staminibus filiformibus, luteis; epipetalis (cum anthera) longis ut petala; episepalis sunt longioribus; antheris ovato-lanceolatis; squamis subtrapeziformibus, vix 1 mm. long. et 1 mm. lat., undulato-crispatis, pallidè deauratis; folliculis 5 mm. long., interna facie ferè recta; stylis viridicentibus, una parte brevioribus quam ovaria. Semina elliptice-guttaeformis, deaurata, longitudinaliter striata.

Floret mense Februario-Aprili; fructificat Aprili-Junio.


Habitat in rupis semiumbrosis et in clivis petrosis atque siccis.

Locus originis; Junonia major (Insula Palma dicta); regione austro-occidentali; in cavo dicto "Del Jurado" juxta oppidulum Tijarafe inter 500-700 m. supra mare, ubi legi die 25 Septembris 1954. Sat rara.

EXPLICATIO TABULÆ VI

Aeonium vestitum Svent.

α . Caulis floriger (magnitudine naturali); β . folia major; γ . folia minor et idem transversè secta (ambae magn. naturali); δ . foliæ margo (2 x); ϵ . flos à latere visus; ζ . idem supernè visus (ambo 3 x auctis); η . gemma (2 x); θ . calyx medio sectus a dorso visus (5 x); ι . petala cum stamini (4 x); κ . folliculus (3 x); λ . squama; μ . semina (ambae 10 x auctae).



Aeonium vestitum Svent.

Monanthes Haworth.

Conspectus sectionum generis Monanthes Haw.

- I. Herbae annuae; foliis alternis subsessilibus; inflorescentia cymosa, terminali; floribus sexpetalis. Sectio I. **Annua** Svent.
M. icterica (Webb) Praeger.
- II. Plantae perennes:
- A. Plantae suffruticulosae, tortuosè ramificatae; foliis suboppositis vel alternis, sessilibus, globosis vel fusiformibus; floribus quinque-octopetalis. Sectio II. **Sedoidea** Svent.
M. laxiflora (DC.) Bolle.
M. anagensis Praeger.
- B. Plantae plus minus caespitosae, ramificatae vel simplices; foliis rosulatis:
- a. Plantae caespitosae, polycephalae; rosulis globosis vel elongatis; foliis spathulatis, cuneatis, subsessilibus; inflorescentiis centrico-apicalibus, bracteatis vel ebracteatis; floribus sex-nono-petalis Sectio III. **Polyclada** Svent.
M. muralis (Webb) Christ.
M. subcrassicaulis (Ktze.) Praeger.
M. amygdros Svent.
M. polyphylla Haw.
- b. Plantae pusillae, simplices vel basiramificatae, acaules vel subacaules, plus minus horizontaliter rosulatae, depressae; foliis in petiolum attenuatis; inflorescentiis basilarilateralibus, bracteolatis; floribus sex-octopetalis Sectio IV. **Petrophyella** Svent.
M. purpurascens (Bolle) Christ.
M. minima Bolle.
M. brachycaulon (W. B.) Lowe.
M. niphophila Svent.
M. pallens (Webb) Christ.
M. adenoscepes Svent.
M. dasyphylla Svent.

Monanthes amydro Svent., nova spec.

Sectio *Polyclada* Svent.

PLANTA perennis, ramoso-caespitosa, multirosulata; rosula 10-15 mm. diam., hemisphaerico-subconica, apice vix depresso, valde foliosa. Foliis densè imbricatis, valde carnosiss, 6-9 mm. long., 3-3,5 mm. lat., compresso-cylindrico-spathulatis, apice obliquè truncato, leviter retuso, facie subtriangulati, ore mammuloso. Inflorescentia apiculari, 1-6 floribus, dichotomicè ramificata, 1-2 ad basim bracteata; pedicellis rigidis, piloso-glandulosis; gemma depresso-globosa; floribus 8-10 mm. diam., lutescentibus, 7-9-petalis (raro 10-11-petalis); calyce densè piloso-glanduloso, scutiformi, usque ad medium diviso, divisionibus lanceolatis, acutiusculis, vix 2 mm. long., ca. 1 mm. lat.; petalis 6 mm. long., ca. 0,5 mm. lat., lineari-lanceolatis, acutis, lutescenti-rosaceis, glabris ex anverso, glandulosis ex reverso, margine ciliato-glanduloso; filamentis rosaceis, epipetalis longitudinem petalorum aequantibus, episepalis divisionem calycinalem vix superantibus; antheris globulosis, atro-purpureis vel nigris; squamis ca. 1,5 mm. long., 2 mm. lat., luteis, latè cuneiformibus, limbulo in unguiculum decurrenti, emarginato, bilobato, lobis rotundatis cum margine superiori denticulato-crenulato; folliculis 2 mm. long., purpureo-maculatis, internè sinuoso-sigmatoides; ovario papilloso, glanduloso, longitudinem styli recurvati aequante et vix ad basim glandulosis. Semina ellipsoidea ad basim truncata, fusco-castanea, longitudinaliter sulcata et ad transversum minutissimè rugulosa (sub lente valde augmentatum).

Floret Maio-Junio; fructificat Julio-Augusto.

Habitat in humosis inter saxa et fissuras petrosas semiumbrosas.

Locus originis: Junonia minor (Gomera dicta); "Pico de Aragón" et in locis circumjacentibus, ca. 450 m. supra mare; "Barranco de Mahona" ca. 600 m. supra mare. Sat abundans in utriusque locis. Lecta die 12 Octobris 1956.

Systematicè *Monanthes amydro* locum intermedium inter *Monanthes polyphyllum* Haw. et *Monanthes subcrassicaulem* (Kuntze) Praeger occupat. Primo intuitu simile videtur habitu ambarum specierum; ad primam in statu aestivali (rosulis valde reductis propter siccitatem) et ad secundum speciem tempore vegetativo praefoliationis.

Tam *Monanthes polyphylla* Haw. (1), quam *Monanthes subcrassicaulis* (2) ex insula Gomera notae sunt. Tamen supradictae species usquemodo a me non sunt repertae in frequentibus excursionibus a me peractis ad praefatam insulam.

Forsan datur possibilitas ut haec duae species sint confusae cum *Monanthes amydro* mihi, quae est sat profusa in Insula Gomera et frequenter inveniri potest sat abundanter.

(1) O. Burchard (valde frequens).

(2) R. Lloyd Praeger.

Monanthes brachycaulon (W. B.) Lowe.

var. *nivata* Svent., var. nova.

DIFFERT a typo trunco elongato, duro, foliis verteribus vestito; rosula densa foliis subtereriformi-spathulatis, rigidis, ad apicem angulosis; gemma globulari-depressa; calicis divisionibus lanceolatis, obtusiusculis; petalis glabris, linearibus, apiculatis; squama cum unguiculo subcuneiformi, $\frac{2}{3}$ breviori quam limbulus subflabelliformis, leviter emarginatus, circa 2 mm. lat., puncticulatus, rubrostriatus et margine crenulato; semine oblongo-elliptico.

Habitat in fissuris humosis rupium soleatarum.

Locus originis: Nívaria; Las Cañadas, in promontorio "La Fortaleza" dicto ad 2200 m. supra mare. Plus minusve abundans. Lecta cum flore die 14 Aprilis 1944 et cum fructu die 25 Julii 1956.

Monanthes brachycaulon (W. B.) Lowe.

var. *adenopetala* Svent., var. nova.

DIFFERT a typo rosula densiora cum foliis ferè laevigatis, breviter oblongo-spathulatis ad apicem, attenuatis in longum petiolum teretiforme, tenuo; ramis floriferis horizontalibus, flexibilibus, circa 5 cm. longitudinis, densè rosulato-foliosis ad apicem cum foliis oblanceolatis; floribus 6 mm. diametri; calicis divisionibus lineari-lanceolatis, acutiusculis, submembranaceis; petalis angustè linearibus, 0,3 mm. ad basim, 2,5 mm. long., pilosoglandulosus in reverso, margine deflexo; squama 1 mm. long., vix 1,5 mm. lat., unguiculo lineari, 0,3 mm. long., limbulo valde deflexo, bilobato, minutissimè papilloso-puncticulato et margine lacerato; semine lucanicaeformi, circa 0,2 mm. long., tenuissimè striato.

Habitat in locis humosis-subumbrosis inter saxa.

Locus originis: Nívaria; in regione orientali; "Barranco de Chamorga" dictus, ubi valde abundat. Lecta die 25 Augusti 1956 ad 200 m. supra mare.

Monanthes adenoscepes Svent., nova spec.

Sectio *Petrophyella* Svent.

PLANTA perennis, simplex, subacaulis; radici fusiformi; rosulis 3-4 cm. diametri, depressis, densè foliosis. Foliis crassis, virido-fuscis, rhomboideis vel lanceolato-spathulatis, obtusiusculis, in petiolum filiformi et densè hispidulo sensim prolongatis, hirsuto-glandulosis. Ramis floralibus latere insertis, erecto-patentibus, sat densè foliosis ad dimidiam partem superiorem 2-5-floris; pedicellis filiformibus, 15 mm. long., erectis, piloso-glandulosis; gemma globulari; floribus 6 mm. diam., 5-6-petalis, subpallidis; calyce sordè atropurpureo, pubescenti-glanduloso, profundè diviso, divisionibus lineari-lanceolatis, acutiusculis, 2,5 mm. long., 1 mm. lat. ad basim; petalis lineari-acutis, 2,5 mm. long., vix 1 mm. lat., valde deflexis, glabris ad anversum, glandulosis ad reversum; squamis ca. 1 mm. long., 2 mm. lat., pallidis, unguiculo aliquantulum subcuneiformi, limbulo emarginato, bilobato, lobis subrotundatis, crenulatis ad marginem superiorem; filamentis subpallidis, epipetalis petala aequantibus, episepalis brevioribus quam divisio calycinali; folliculis ca. 3 mm. long., purpureo-maculatis, facie interna ferè recta; ovariis vix duplo longioribus quam stylis. Semina aovoidea-elliptica, castanei coloris, longitudinaliter striata.

Floret mense Febuario-Aprili; fructificat Aprili-Augusto.

Habitat in fissuris humosis rupium insoletarum.

Locus originis: Nívaria (Tenerife); regione australi, supra vicum Güímar versus 250 m. supra mare, ubi datur relativè abundanti. Inventa a dom. Carolo González Martín die 27 Augusti 1956, ferè finita fructificatione.

ROSACEÆ

Bencomia Webb et Berth.

RECENTIORES inventiones triarum novarum specierum *Bencomiae* mutant conceptum systematicum usque nunc de hoc genere habitum.

Seorsus fructus carnosus *Bencomiae caudatae* (Ait.) W. et B., quem recensebat unam ex definitionibus plus ponderosis *Bencomiae*, sunt etiam species cum fructibus siccis atque spongiosis. Cum recentibus inventibus, genus *Bencomia* non admititur ut exclusivè dioicus.

Ut supplementum ad cognitionem genericam *Bencomiae* notandum est etiam existentiam calycis in floribus masculinis, cum sint isti etiam petaliferis. Haec singularis nota omissa fuit tam ab Aiton in sua descriptione prioris speciei (1789) sicut a Webb et Berthelot (1836-1850) quando descriptus fuit genus *Bencomia*.

Conspectus sectionum generis Bencomia W. et B.

I. Fructus pericarpio carnosus vel sub-baccato, subtetragono-globuloso et valde rugoso-anguloso aut globoso et ruguloso in statu sicco; inflorescentiae in spicis simplicibus vel vix ramificatae, plus minusvè nutantes; floribus masculinis cum calyce incrassato, globoso-integro vel conoideo-subintegro; plantae dioicae; arbusculae 2-6 m, alt. cum foliis 6-13-foliolatis.

Sectio I. *Eubencomia* Svent.

- B. caudata (Ait.) W. B.
- B. sphaerocarpa Svent.

II. Fructus pericarpio spongioso-sicco, globoso vel depresso-globoso, non reducto per desiccationem; inflorescentiae racemosae (rarè in spicis simplicibus), erectae vel aliquantulum curvatae; floribus masculinis cum calyce discoideo plus minusve diviso; plantae monoicae vel unisexuali-femeninae; frutices 50-150 cm. alt. cum foliis 5-11-foliolatis

Sectio II. *Bencomiella* Svent.

- B. brachystachya Svent.
- B. exstipulata Svent.

Bencomia sphaerocarpa Svent., nova spec.

Sectio *Eubencomia* Svent.



FRUTEX 2-4 m. alt., monoicus, erectus, aliquando a basi ramicatus; ramis patulis vel erecto-patentibus, valdè foliosis; cortice truncis veteribus fissuroso-squamuloso, cinnamomi colore, in ramis juvenilibus hirtuloso et reciduis petiolorum siccorum densè cooperto. Foliis ad apicem ramulorum sat numerosè confertis, ambitu lanceolato-elliptico, imparipinnatis, 5-8 jugis foliolis oppositis, inferioribus subalternis et minoribus; petiolo limbum ferè $1/5$ breviorè, amplexicaule, atque (sicut rhachis) densè piloso-tomentoso, stipulato; stipulis inae-

quilaterali-limbatis facie inferiori recta, super petiolum decurrentibus; foliolis sessilibus vel subsessilibus oblongis vel oblongo-lanceolatis, inaequaliter subcordatis in basi, rudè serratis, ad anversum atroviridis, sparsè pilosis, ad reversum glaucescentibus et densè piloso-pannosis, superioribus majoribus, apicali longiori, versus apicem sensim attenuato et a basi cuneato; foliis marcidis per breve tempore adhaerentibus. Inflorescentiae amentiformes, 10-25 cm. long., foliae non superantes (foemina semper breviora quam masculina), simplices, plus minusve breviter pedunculatae, pedunculo densè hirsuto-tomentoso, bibracteato, bracteis linearibus, serrato-dentatis aut trifoliatis; inflorescentia masculina pendulina, floribus sat laxè dispositis, sessilibus, tribracteatis, bracteis submembranaceis, utrinque densè pilosis, valdè concavis, antica plus minus duplo longiora quam laterales, ovato-deltaidea et longè acuminata, lateralibus latè ellipticis, obtusis; calyce vix 1 mm. long. et lat., ovoideo-conico, margine leviter sinuato; petalis ovatis, 6 mm. long., 4 mm. lat., apice incrassato, albo-piloso, margine albo-hyalino, nervo subtus pilosiusculo, viridis, valdè deflexo-revolutis ad medietatem superiorem; staminibus 40-45, nutantibus, filamenta petala vix superante, antheris transversaliter ellipticis (1,5 mm. lat., 1 mm. long.), loculis ovoideis, lutescentibus. Inflorescentia foeminina erectiuscula, bracteis floralibus membranacei-hyalinis, utrinque pilosiusculis, margine scarioso-ciliato, antica ovata, subitè et longè acuminata, duplo longiora quam laterales, lateralibus parvioribus, rotundatis; sepalis ellipticis, 4 mm. long., vix 3 mm. lat., virescentibus, margine hyalino, apice paulum incrassato et vix piloso, trinerviatis, nervo medio puberulo; ovario globuloso, basi leviter quadrangulato, glabro; stylis 2-3, 1 mm. long., valdè laciniatis, laciniis stylo longioribus, promptè caducis. Fructu globoso, apice sensim depresso-concavo, mucronulato, ca. 7 mm. diam., carnoso, tetra-albescenti-



dulum "La Frontera" ad ingentes rupes prope fontem "Tincos" dictum, ubi valde pauca invenitur. Planta femenina est rarissima. Legi cum floribus masculinis die 11 Maii 1949 et cum floribus et fructibus ambo sexuum die 8 Aprilis 1958.

Mihi videtur testimoniis aliquammultis a diversis auctoribus factis pro *Bencomiae caudatae* in hoc loco (Fons Tincos) indubitanter ad *Bencomiam sphaerocarpam* refertis sunt..

vittato, in desiccatione ruguloso-globoso; nuculatio quadrangulato-costato, subfusiforme, vix 5 mm. long., ca. 3 mm. lat., apice mucronulato, faciebus planis, reticulato-rugosis, colore cinnamomi, 2-3-loculare et generatim monospermo.

Floret Martii-Maii; fructificat Aprili-Junio.


Habitat in rupibus abruptis, subumbrosis laurisylvae humidae a 600 m. usque ad 750 m. supra mare.

Locus originis: Ombrion (Insula Hierro vocata); supra oppi-

EXPLICATIO TABULÆ VII

Bencomia sphaerocarpa Svent.


α . Ramus floridus et fructifer (dimidio magnitudine naturali); β . foliae foliolus terminalis (magnitudine naturali); γ . spica mascula florida (magnitudine naturali); δ . bractee flore femineo et ϵ . idem flore masculino (5 x auctae et arte omniae expandae); ζ . flos masculus (5 x); η . calyx (15 x); θ . flos femineus (3 x); ι . fructus (3 x); κ . nuculanium (3 x).



Bencomia sphaerocarpa Svent.

Bencomia brachystachya Svent., nova spec.

Sectio *Bencomiella* Svent.



FRUTEX 100-150 cm. alt., monoicus vel unisexuali-foemineus, habito hemisphaerico, compacto et ferè semper ramoso a basi; truncis erecto-patulis, valdè lignosis, 10-15 cm. diam. ad basim, rigidè ramoso-ramulosis; cortice aspero-fissuloso, castaneo colore, deciduo in squamis rigidis, albo-piloso-pannoso ad apicem ramulorum; ramis subverticillastratis (generaliter 3-4), plus minusve horizontalibus, elongatis, nudis ferè ad apicem. Foliis 10-20 versus apicem ramulorum congregatis, ambitu ovato-elliptico, imparipinnatis cum 3-5 foliolis oppositis, sed

infernè subalternis; petiolo ferè $\frac{2}{3}$ breviorè quam limbus, dilatato-amplexicaule, stipulato et (sicut rhachis) albo-piloso; stipulis decurrentibus, inaequilateralibus, linear-lanceolati-dentatis vel strictè linearibus et integris; foliolis breviter petiolulatis, supernè semper sessilibus, elongato-ellipticis vel oblongo-lanceolatis, acutiusculis, valde inaequilateralibus et basi subcordatis, margine crenato-dentato, deflexo, glabrescentibus cum nervo principale vix villosa in anverso, densè albido-lutescente-pannosa, parum notatis in reverso; foliis marcidis sat persistentibus. Inflorescentiae composite-racemosae, 6-20 cm. long. (rarè simplices), irregulariter bisexualis (rarè unisexuali-foeminis eadem planta), erectiusculi-patentes vel deflexae, longe pedunculatae, pedunculo valde piloso-pannoso, bracteato vel ebracteato; bracteis squamiformibus, ovato-acuminatis, simplicibus vel 1-3-foliolatis; spicis inferioribus generaliter heterosexuales cum floribus foeminis basilaribus et apicalibus; spicis intermediis ferè semper unisexuali-foeminis, brevibus et densis; spica terminali 6-7 cm. long., praevalens masculina cum paucis floribus foeminis apicalibus, infernè laxa, bis aut ter longiore quam lateralibus; floribus masculinis tribracteatis; bracteis latè ovatis, obtusis, pergaminaceis, margine piloso-scarioso, externè pilosis, antica vix longiore quam laterales; calyce vix 1 mm. diam., breviter infundibuliforme, crassiusculo, piloso, ferè indiviso; petalis suborbicularibus, 5 mm. long., 4 mm. lat., apice incrassato, albo-tomentoso, margine hyalino, albescente vel purpureo, piloso-glanduloso ad basim (sub lente), viridibus, multinervatis, infernè planis, valde deflexo-revolutis ad medietatem superiorem, glabris ad anversum, pilosis ad reversum; filamentis 25-35, ferè petala long. aequantibus, nutantibus. Inflorescentia foemina semper botryoide-ramosa (3-8 ramulis), densè glomerata, rigida, nutante, bre-

viter pedunculata (1-2 cm.); spicis sessilibus, brevibus, lateralibus ca. 1 cm. long., 1 cm. diam., terminale 2-3 cm. long., bracteatis; bracteis squamiformibus vel 1-3-foliolatis super petiolum brevioribus quam foliolum terminale, valde dilatatum ad basim et cum stipulis linearibus-subulatis, pilosis; foliolis bractealibus pilosis, lineari-ellipticis, integris vel ad apicem tridentatis; floribus sessilibus, tribracteatis; bracteis triangulare-ovatis, acutiusculis, membranaceo-hyalinis, densè pilosis, antica laterales vix superante; sepalis ellipticis, ca. 2 mm. long., 1 mm. lat., leviter mucronulato-pubescentibus, viridibus, penta-nervatis, glabris ad anversum, pilosiusculis ad reversum, albo-hyalino-marginatis; stylis 2, vix 1 mm. long., erecto-patentibus, rosaceo-penicillatis; valde caducis; ovario globoso-piriforme, glabro. Fructu globoso-piriforme, apice leviter concavo, 3-4 mm. diam., glabro, molliter spongioso, siccato, non rugoso in desiccatione, lutescente; nuculanio quadrangulato-subfusiforme, 3 - 3,5 mm. long., 2 mm. lat., faciebus rugosis, colore cinnamomi, 2-3-loculare, 1-2-spermo.

Floret Martio-Maio; fructificat Maio-Junio.


Habitat in clivis petrosis-glareosis et in fissuris rupium basaltico-phonolithicarum versus 1.600 m. supra mare.

Locus originis: Canaria Magna (Gran Canaria dicta); in montibus circumstantibus magni vallis Tirajana, ubi invenitur sat pauca. Reperta die 12 Julii 1949; lecta cum flore et fructu semimaturato die 6 Maii 1955 et cum fructu omnino maturo die 6 Junii ejusdem anni. Stirps canariensis valde rara.

EXPLICATIO TABULÆ VIII

Bencomia brachystachya Svent.

α . Ramus floriger (dimidio magnitudine naturali);
 β . folioli (magnitudine naturali); γ . bractee flore
 masculo; δ . bractee flore femineo (5 x auctae et arte
 omniae expandae); ε . flos masculus (3 x); ζ . calyx
 15 x); η . flos femineus (5 x); θ . fructus (3 x);
 ι . nuculanium (3 x).



Bencomia brachystachya Svent.

Bencomia exstipulata Svent., nova spec.

Sectio *Bencomiella* Svent.



FRUTEX 50-100 cm. alt., monoicus vel unisexuali-foemineus, habitu depresso-compacto, generaliter a basi ramificatus, tortuosus et intricatè ramoso-ramulosus; truncis durè lignosis, ca. 10 cm. diam. vel amplius ad basim; cortice glabro, lucide-deaurato, deciduo in magnis laminis rimoso-pergamineeis hyalinis, luteo-albescente et hirtuloso in ramis juvenilibus; ramulis brevioribus, plus minusve horizontaliter insertis et erecto-patentibus. Foliis 8-12 ad apicem ramulorum subrosulatè confertis, ambitu transovato-apiculato, imparipinnatis, 3-4 jugis foliolorum oppositorum; petiolo limbum me-

diante, estipulato, ad basim dilatato et amplexicaule atque (sicut rhachis) pubescente-glanduloso et albido-piloso; foliolis sessilibus, superioribus majoribus, oblongis vel oblongo-lanceolatis, apiculatis, basi inaequilateraliter cordatis, margine crenulato, intensè viridibus, nitidis, aliquantulum glutinosus cum nervo principale pilosiusculo in anverso, albo-flocculentis cum nervis prominentibus in reverso; foliis marcidis prompte caducis. Inflorescentiae simplices vel racemosae, erectiusculae, uni vel bisexuales; inflorescentia masculina ferè semper simplex, amentiformis generatim bisexualis (rarior unisexualis), erecta, 4-8 cm. long., pedunculo ca. dimidio brevior, tomentoso, albo-piloso, uni vel bibracteato, bracteis trifoliolatis (aut superiore simplici) super petiolum aequilongum foliolo terminale, base dilatata et stipulata, stipulis triangulari-subulatis, tomentoso-pilosis, foliolis bractealibus lineari-lanceolatis, cuneatis, acutis, apice crassè dentato; spica infernè laxa, densiorè ad apicem, aliquando cum paucis floribus foeminis apicalibus (etiam rarius basilaribus); floribus sessilibus, tribracteatis, bracteis aovatis, acutiusculis, valdè concavis, pergaminaceo-hyalinis, margine scarioso-lacerato, externè pilosis, antica $1/3$ longiorè quam laterales; calyce minutissimo, subcarnoso, discoideo cum divisionibus parum rotundatis; petalis aovato-ellipticis, 6 mm. long., 4 mm. lat., apice mucronulato-tomentoso, viridosis, margine glabro, hyalino, obscurè trinervatis, infernè concavis, deflexo-revolutis ad medietatem superiorem, glabris ad anversum, albo-pilosiusculis ad reversum; filamentis 30-40, longitudinem petali superantibus; inflorescentia foemina plus minusve racemosa (generaliter 3-5 ramulis), rigida, erecto-patente super pedunculum brevem et bracteatum; spica $2/3$ breviorè quam masculina, densa, aovato-elongata, ca. 15 mm. diam. super pedunculum bracteatum, bracteis obovato-acutiusculis, membranaceis, hyalinis, pilosis; floribus sessilibus, sepalis lanceolatis, acutiusculis, 5-6 mm. long.,



flore 12 Maii et cum fructu die 21 Julii 1957. *Stirps canariensis rarissima.*

2-3 mm. lat., apice cartilaginoso, albo-penicillato, deflexo, viridibus, albo-hyalino-marginatis, quinquenervatis, glabris ad anversum, pilosiusculis ad reversum; stylis 2, divergentibus, 1 mm. long., albo-penicillatis, valdè caducis; ovario globoso, glabro. Fructu depresso-globoso, apice concavo-crateriforme, ca. 5 mm. diam., glabro, sicco, spongioso, non rugoso per desiccationem, albidulo; nuculanio suboctaedrico, 4,5 mm. long., 2 mm. lat., longitudinaliter anguloso-costato, faciebus striato-rugulosis, castaneo colore, 4-locurare, monospermo (rarè dispermo).

Floret mense Aprili - Maio; fructificat Junio-Julio.


Habitat in fissuris humosis rupium praeruptarum locis semiumbrosis ad 2.200 m. supra mare.

Locus originis: Nivaria (Tenerife); in magno circo montano vocato "Las Cañadas", ubi inventa fuit 28 Octobris 1956. Lecta cum

EXPLICATIO TABULÆ IX

Bencomia exstipulata Svent.

α . Plantae habitus ac rami florigeri et fructiferi (dimidio magnitudine naturali); β . folioli (magnitudine naturali); γ . bracteae flore femineo; δ . bracteae flore masculo (5 x auctae et arte omniae expandae); ϵ . flos masculus (3 x); ζ . calyx (15 x); η . flos femineus (3 x); θ . fructus (3 x); ι . nuculanium (3 x).



Bencomia exstipulata Svent.

EUPHORBIAEÆ

Euphorbia Lambi Svent., nova spec.

Sectio *Tithymalus* Scop. — Subsectio *Pachycladae* Boiss.

FRUTEX erectus, 1 m. usque ad 2,5 m. alt., trunco infernè simplex supernè valde ramificato, ramulis ramulisve tri-vel dichotomicè divaricatis, ramulis erecto-patentibus, ca. 1 cm. diam., crassis, rigidis, infernè nudis, foliosis versus apicem; cortice suberoso-fissuroso, fusco, in ramis juvenilibus grisaceo-viridulo cum cicatricibus sat prominentibus. Foliis in rosula laxa confertis, sessilibus, crassiusculis, lineari-ellipticis, obtusiusculis, ad basim paulum attenuatis, utrinque glabris, glaucescentibus, floralibus lutescentibus, omnibus prompte caducis. Inflorescentia apicalis, multiflora, 10-12 cm. diam. cum floribus in umbella rigida, generaliter 6-8-radiata compositis; radiis erectis vel erecto-patentibus, folia floralia subaquantibus, semper aphyllis et in umbellulam tribracteata terminantibus; bracteis umbellularibus latè orbicularis, ca. 15 mm. long., 16-18 mm. lat., intensè luteis; umbellulae radiis rigidis, erecto-divergentibus; bracteis floralibus ferè ad dimidium connatis, crateriformibus, latè rotundatis, integris et brevissimè mucronulatis, splendidè luteis; floribus inclusis, cyathio aovoideo-cylindrico, glabro cum glandulis subreniformibus, angulosi-crenulatisves, concavis et breviter stipitatis; ovario triangular-compresso; stigmatibus ferè ad dimidium laciniatis, laciniis breviter bifidis, divergentibus, viridibus. Capsula matura depresso-globulosa, suturis ventralibus striato-carinatis et sat prominentibus, ca. 10 mm. diam.; carpophoro bracteam aequanti; coccis ovoideis, levibus; semina conico-ovoidea, in basi tantum apice truncata, ferè 4 mm. long., ca. 3 mm. diam., lutescentia-fusca, rugulosa, sutura ventralia ad apicem canaliculata; caruncula sat parva, verruculosa, albescens.

Floret Martio-Maio; fructificat Maio-Junio.

Habitat in fissuris humosis inter saxa praerupta, humidiusculas versus 900-1.000 m. supra mare.


Locus originis: Junonia minor (Insula Gomera dicta); supra pagum Alojera, juxta fontem septoscaturiginem Epinae vulgo dictum, ubi est valde rara. Legi cum flore et fructu die 25 Maii 1958.

Hanc pulchram speciem Euphorbiarum collectores britanniorum cl. Edgari Lamb et filio suo Cypriano grato animo dico.

EXPLICATIO TABULÆ X

Euphorbia Lambi Svent.


α . Ramus floribus et fructibus oneratus (magnitudine naturali); β . umbellulae bractee arte expandae (2 x); γ . cyathii glandula (6 x); δ . flos (5 x); ε . bractee floralibus; ζ . capsula (ambae 2 x auctae); η . semina (4 x aucta).



Euphorbia Lambi Svent.

× *Euphorbia jubæaphylla* Svent., hybr. nat. nova.

(*E. Regis-Jubae* W. B. × *E. aphylla* Brouss.)



SUFFRUTEX 100-170 cm. alt., habito compacto, hemisphaerico, ramosissimus; ramis teretibus, erecto-patentibus, postea deflexis, in verticillastribus plus minusve copiosè appropinquis, juvenilibus subclaviformibus, vix 5 mm. diam. max.; cortice truncis veteribus laevigato (haud suberoso), fusco, in juvenibus viridulogrisaceo, cicatricibus parum notatis. Foliis lineari-spathulatis vel linearibus, versus basim sensim attenuatis, apicem obtusis, 20-30 mm. long.; 3-4 mm. lat., glaucescentibus, promptè caducis. Inflo-

rescentiae versus ramulorum apicem in corymbo umbelliformi compositae, caulis floriferis diversilongis, pluribus post florationem aut fructificationem caducis, minutè foliosis foliis linearibus, obtusis, rigidis, ca. 3 mm. long., ephemeris; umbellis simplicibus, bracteatis (bracteis ca. 3 mm. long., obtusè spathulatis, viridi-lutescentibus), 3-5 floris, aliquando cum flore sterili centrali, pedunculis erecto-divergentibus, 8 mm. long., bracteis floralibus liberis, rotundatis, emarginatis, ciliatis, lutescentibus, cyathio aequantibus; cyathii campaniformi, glandulis ellipticis, intergerrimis, intensè luteis; ovario trigono, depresso, stamina vix superante; stigmatibus infra dimidium connatis, virescentibus, laciniis breviter bifidiis. Capsula subtrigono-globoso-depressa, basi applanata, glabra, 4 mm. long., ca 7 mm. diam.; semina breviter ovoidea, truncata, ferè 3 mm. long., nigrescente, castaneo-marmorata.

Floret Maio-Junio; fructificat Augusto.

Habitat inter progenitores in solo lapidoso-argilloso juxta mare.

Locus originis: Nivaria (Tenerife); regione occidentali in planities infra oppidulum Buenavista, ubi est valde rara. Legit cum fructu mense Augusto 1954 et cum flore die 30 Maii 1956.

EXPLICATIO TABULÆ XI

× *Euphorbia jubæaphylla* Svent.

α . Ramus floridus (magnitudine naturali); β . umbellae bractea; γ . bracteae floris fertili (ambae 4 x auctae); δ . cyathii glandula (6 x); ϵ . flos post anthesim (4 x); ζ . capsula (3 x); η . semina (5 x aucta).



× *Euphorbia jubæaphylla* Svent.

Euphorbia atropurpurea Brouss.

var. *modesta* Svent., var. nova.

DIFFERT a typo foliis intimis viridibus vel leviter purpureo-striatis; bracteis umbellaribus ovato-spathulatis, obtusis; bracteis floralibus minoribus, usque ad basim divisis, rhomboideo-rotundatis, vix emarginatis, in adverso pilosiusculis ad basim; glandulis cyathii linear-ellipticis; stigmis brevioribus, subsessilibus, brevissimè laciniatis; capsula matura minutissimè puncticulata (sub lente); semine subquadrangolari atque minus rugulosa quam in typo.

Floret et fructificat in autumnno-hieme.

Habitat inter rupes et in clivis glareosis et soleatis.

Locus originis: Nivaria (Tenerife); regione australi; in valle Tejinae a 500 m. usque ad 800 m. supra mare, ubi datur sat abundans. Lecta cum flore et fructu die 18 Octobris 1957.

MALVACEÆ

Lavatera acerifolia Cav.

var. *hariensis* Svent.

DIFFERT a typo habitu robustiore, foliis saturatè fusco-viridibus, limbo undulato-plicato, ambitu orbiculari, lobis rotundatis, brevioribus, obtusioribus, basilaribus tectais; petiolo brevioris vel aequanti longitudinem nervii medii limbi; pedunculo erecto, rigido, robustiore atque durante fructificationem petiolum semper superanti; caliculo marcenti ante fructi maturitatem; calice plus urceolato cum divisionibus deltoideo-lanceolatis, acutiusculis; petalis margine superiore truncato, integro; columna axiali conica et tam longa quam lata in parte libera (duplo longiore quam in typo); carpellis dorso planiusculo, arctè marginato, grisaceo-deauratis; semine nigro.

Floret et fructificat a mense Martio usque ad mensem Julium.

Habitat in rupibus basalticis abruptis ad 400 m. supra mare.

Locus originis: Insula Pluviaria (etiam dicta Lanzarote): magna series montana Fama-
ra dicta circa oppidum Haría.

Lecta cum flore et fructu die 22 Maii 1953. Sat rara.

CISTACEÆ

Helianthemum bystropogophyllum Svent., nova spec.

Sectio *Polystachyum* Willk.



SUFFRUTEX 50-100 cm. alt., intricatè ramificatus; truncis tortuosè nodosis, valdè lignosis, cortice fusco; ramis juvenilibus tomentoso-villosis, dichotomicè dispositis. Foliis ovato-lanceolatis, acutiusculis, anversè viridis et molliter pilosis, reversè pallidis, albescenti-piloso-pannosis, margine lacero-denticulato-ciliato, petiolo limbo dimidiato, piloso; stipulis lanceolato-denticulatis, ciliatis, petiolo brevioribus vel aequantes. Inflorescentia ramoso-corymbosa, cincinnis scorpiodeis, simplicibus, oppositis vel aliquanto ternatis, sat longè pedunculatis, pedunculo uni vel bibracteato; pedicellis sepalis brevioribus, minutissimè papilloso-glandulosis et parcè pilosis; flores sat magnae; epicalyce diphylo, phyllis lineari-lanceolatis, pilosiusculis; sepalis 10 mm. long., lanceolatis, acuminatis, virido-hyalinis, notabiliter purpureo-nervosis, papilloso-glandulosis, apice setoso-penicellatis; petalis 15 mm. long., aovato, unguiculatis, sepala su-

perantibus, intensè sulphureis, ad basim aureo-maculatis; filamentis luteis; antheris subglobosis; stylo basi valde flexo aut geniculato, ovario duplo longiore et stamina superante; stigma lacerato-laciniato; ovario ovoideo, pannoso. Capsula ellipsoide-trigona, 6 mm. long., 4 mm. diam., leviter pubescens, 8-12-sperma. Semina multiangulata, irregulariter compressa, fusca, minutissimè tuberculata.

Floret Maio-Julio; fructificat Junio-Augusto.

Habitat in rupibus umbrosis-humosis in pineto versus 1.400 m. supra mare.

Locus originis: Canaria Magna (Gran Canaria dicta); supra oppidulum "San Nicolás", ubi sat pauca invenitur. A magnanimo viro teneriffensi Olegario Mesa González die 14 Maii 1952 cum floribus et fructibus lecta; ibidem cum fructibus die 10 Julii 1954 legi.

Stirps canariensis valde rara.

EXPLICATIO TABULÆ XII

Helianthemum bystropogophyllum Svent.

α . Ramus floriger (magnitudine naturali) ; β . petala ;
 γ . calyx (ambo 2 x aucte) ; δ . semina (10 x) ; ϵ . capsula (2 x aucta).



Helianthemum bystropogophyllum Svent.

Helianthemum thymiphyllum Svent., nova spec.

Sectio *Eriocarpum* Dunal.

PARVUS suffruticulus 10-20 cm. alt., lignosus, sat ramificatus, radice axonomorpha; ramis humi prostratis vel erectiusculi-patentibus, tortuoso-nodosis; cortice grisaceo, glabrorimoso; ramis juvenilibus colore castaneo-viridoso. Foliis valdè similibus foliis Thymi organifolii W. et B. specie famariense, utrinque glabris, subcoriaceis, virido-nitidis, ferè 10 mm. long., circa 5 mm. lat., in brevem petiolum attenuatis, inferioribus oppositis, lanceolato-ellipticis, obtusis vel acutiusculis; superioribus alternis, obovato-spathulatis, mucronulatis; stipulis linearibus, acutiusculis, dimidia parte brevioribus quam petiolo. Inflorescentia in cincinnò simplice vel geminato, gracile, erecto, paucifloro (2-6 flores), parcè folioso, foliis angustè linearibus, minutissimè stipulatis; pedicellis filiformibus, glabris, longitudinem sepalorum aequantibus; calycis phyllis 2, angustissimè linearibus, 2-3 mm. long., acutiusculis; sepalis ellipticis, 7 mm. long., ca. 4 mm. lat., glabris, virido-hyalinis, acutis, rusticè trinervatis; petalis rotundato-spathulatis, breviter unguiculatis, 6-7 mm. long., 4-5 mm. lat, maximae, sulphureis, immaculatis; filamentis 13-15, pallidis, stylum aequantibus; stylo petala dimidiante, ferè recto, glabro, dilatato ad apicem; stigma disciforme, papilloso; ovario depresso-globoso, vix 1 mm. diam., glabro. Capsula elongato-ovoidea, obtusa, subtrigona, ca. 5 mm. long., 3 mm. diam., glaberrima, 24-27-sperma. Semina compressa, suborbiculari-apiculata vel rotundato-rhomboidea, glabra, colore pallidè spadiceo, funiculo intensè luteo.

Floret et fructificat Aprile-Junio.

Habitat in clivibus sterilibus atque aliquantulum calcareis solo argilloso-petroso.

Locus originis: Insula Pluviaria (Lanzarote dicta); in declivitate septentrionale atque ad pedem Montis Famara usque ad 400 m. altitudinis supra mare, ubi lecta cum floribus et paucis fructibus die 21 Aprilis 1957. Valde rara et ferè semper invenitur morsibus caprarum mutilata.

Helianthemum thymiphyllum propter capsulam glaberrimam, stylum breve et rectum necnon numerum staminum generaliter inferiorem a 15 posset etiam hac causa consideratum ut pertinens ad sectionem *Brachypetalum* Dunal. Tamen, cum sit planta perennis cum petalis latis, semine compresso atque leve et cum affinitatibus cum *H. canariense* (Jacq.) Pers., opinor ut plus collimatum ut includatur in sectione *Eriocarpum* Dunal.

EXPLICATIO TABULÆ XIII

Helianthemum thymiphyllum Svent.

α . Planta florida (magnitudine naturali); β . flos;
 γ . calyx (2 x auctis); δ . petala (4 x); ϵ . semina
(10 x); ζ . capsula (4 x aucta).



Helianthemum thymiphyllum Svent.

VIOLACEÆ

Viola canina L.

var. *hylonoma* Svent., var. nova.

DIFFERT a typo habitu humiliore, ramis procumbentibus; foliis rotundato-cordiformibus, crassè uncinato-crenulatis; petiolo bis longo quam stipulae lineares subulatae, parcè longifimbriatae et basi dilatata; bracteolis angustè linearibus, basi vix ciliatis; sepalis lineari-acutis, appendicibus subtruncatis, erosis, persistentibus in fructo maturo et plus minusve dimidiatis quam calcar rectiusculo, albo; petalis lineari-ellipticis, lateralibus helicoidè expandis; semine subpallido.

Habitat in solo humoso locorum valde umbrosorum.

Locus originis: Junonia minor (Insula Gomera dicta); in laurisylva supra pagum Arure, loco dicto "Bosque de la Haya" ad circa 1.050 m. supra mare, ubi invenitur sat copiosa. Lecta cum fructibus die 11 Octobris 1956 et cum floribus die 11 Septembris 1957.

Viola Kitaibeliana R. et Sch.

var. *brevicalcarata* F. Q. et Svent.

DIFFERT a typo foliis basilaribus rotundatis vel orbicularibus, longè petiolatis, petiolo limbum rudè crenulatum aequante vel bis ter longiore; floribus longè pedunculatis; sepalis externè pubescentibus, margine fimbriato-ciliato, appendicibus obtusis aut truncatis, petalis longioribus quam sepala; calcar brevior, appendices sepalorum non superante.

Floret et fructificat a mense Februario usque ad mensem Junium.

Habitat in ericeto loco herboso et subhumido versus 900-1.000 m. supra mare.

Locus originis: Nivaria (Tenerife); regione occidentali-septemtrionale supra oppidulum Los Silos in loco dicto "Monte del Agua", ubi est sat copiosa. Legi cum floribus die 6 Februarii 1949; cum fructibus die 28 Junii 1952.

PLUMBAGINACEÆ

Limonium Mill.

Limoniodendron Svent., sectio nova.

CALYX tubulosus, plus minus sigmatoide, apice breviter diviso, elimbatus, divisionibus rotundatis, brevissimis, applicatis, duabus superioribus connatis. Corolla usque ad basim divisa, divisionibus calycem duplo superantibus, limbo rosaceo-purpureo vel albo-violaceo, integro, versus basim reflexo-compresso. Frutices durè lignosis; foliis integris, subrosulatis; inflorescentiae latè paniculatae, viscidulae. Typus sectionis species seq.:

Limonium dendroides Svent., nova spec.

Sectio *Limoniodendron* Svent.



ARBUSCULA 2-2.5 m. alt., erecta, parcè dichotomicè ramificata, internodiis 10-20 cm. long.; truncis ca. 4 cm. diam. durissimè lignosis, cortice aspero, nigricante, cicatricibus linearibus transversè et densè tectis, in ramis juvenilis colore castaneo vel viridopurpureo; ramis creberrimis, ad apicem densè foliatis. Foliis in rosula plus minusve densa congregatis, subcoriaceis; linear-ellipticis, acutis, in brevem petiolum amplexicaulem sensim attenuatis, utrinque glabris, pallidè viridibus, eleganter albo-nervosis, nervo principale valde conspicuo maximè ad reversum; foliis marcidis valde deciduis. Inflorescentiae terminales, breviter pedunculatae, folium vix vel paulum superantes, latè paniculatae, planiusculae, parcè ramosae ramis divergenti-arquato-patentibus, bracteatis ac plus minusve foliatis; bracteis triangulari-subulatis, pergaminaceis, rubescentibus, margine hyalino, glabro; foliis floralibus lineari-oblongis, obtusis; ramulis retroflexo-curvatis; spicae pedicellatae, densè spiculatae; spiculis 2-3 floris, valde gummoso-glutinosi, bracteis exterioribus transovatis, obtusis, glabris, coloratis, margine hyalino; intima elliptica,



ER J. VENTERIL
MCXLVIII

Limonium dendroides Svent.

mutica, translucida, calycem dimidio breviora; calyx tubulosus, quinquecostatus, ca. 6 mm. long., leviter sigmatoide, glaber, purpurascens, supernè breviter laciniatus, laciniis hyalinis, rotundatis, duabus superioribus connatis; corollae divisionibus calycem duplo longioribus, tenuiter unguiculatis; unguicula angustè lineata, glabra, alba, limbo aovato-cochleariforme verè reflexo-compresso versus unguiculam, splendidè rosaceo-purpureo aut violaceo, internè glabro, externè stellato-piloso versus basim; stamina ad basim limbo inserta et limbum dimidium breviora; filamenta linear-laminaria, subulata, glabra; antheris 1 mm. long., linear-oblongis; ovario cylindrico-fusiforme, aciculatè quinque-costato, vix 2 mm. long., 1 mm. diam., glabro; stigma a laciniis tenuissimis, filiformibus, stamina superantibus. Semina ignota.

Floret ab Aprile usque ad Augustum; tempora fructificationis non cognita.

Habitat inter saxas altissimas et valde abruptas in solo glareoso, sicco loco plus minusve umbroso.


Locus originis: Junonia Minor (Insula Gomera dicta), in regione austro-occidentali; in magno cavo dicto "Argaga", ubi die 10 Octobris 1956 reperta ac die 31 Augusto 1957 a valido viro nivariensi Israëli Bello González cum flore capta fuit; postea in valle dicta "Cabrito" ad 200 m. alt. die 17 Maii 1958 in plena florazione lecta. Stirps canariensis rarissima.

ASCLEPIADACEÆ

Ceropegia hians Svent., nova spec.

var. *hians* Svent.

Sectio *Sarcodactylus* Huber.



carnoso, ca. 3 mm. long., leviter constricto, divisionibus triangulari-lanceolatis, apiculatis, convexis, glabris, purpurascens; corolla 3-4 cm. long., externè omnio glabra, divisa usque ad $\frac{1}{3}$ et amplius; tubo leviter curvato, cylindrico, ca. 3 mm. diametri in extremis dilatato, luteo-dealbato, pallido-rosaceo ad basim, intus lutescenti, albido-piloso; corollae divisionibus semper dehiscentibus, lineari-subulatis, margine imberbo, revoluta, externè ejusdem coloris quam tubo, internè intensè luteis, aliquantulum fuscis ad apicem, erecto-deflexis, commissuris basilaribus hamosis, corona scyphuliformis, ca. 2 mm. diam., albido-flaves-cens, usque ad medium lobata, lobis rotundatis, bilobulatis, lobulis breviter corniformibus, acutiusculis, conniventibus, appendicibus connatis ad apicem, 3 mm. long., linearibus obtu-

PLANTA verè multiculatis, 50-70 cm. alt., ramosissima; truncis cylindricis, ca. 2 cm. diametri ad basim, valde gracilibus ad apicem, patento-erectis cum ramificationibus oppositis vel adternis, olivaceo-leucophaeis, faeculentè striatis, nodis constrictis; juvenilibus generaliter deciduo-caducis in $\frac{2}{3}$ partibus, viridiviolaceis, ornatis a delicatis et interruptis lineis colore atropurpureo turbido. Foliis molliter carnosissimis, linearibus, obtusiusculis, breviter attenuatis in petiolum 5 mm. long., glabris, 5-6 cm. long., 3-4 mm. lat., colore olivaceo-obscuro; nervis rosaceo-leucophaeo-maculatis, margine revoluta, ad dorsum pallidis cum nervo prominenti. Inflorescentiis axillaribus ad partem inferiorem truncorum juvenilium et ad apicem truncorum veterum in modum palaestrae breviter elongatae, indefinitae, pluriannuae, multiflorae (circa 8-15 flores simul); pedunculo 10-15 mm. long., 1-2 mm. diam., erecto-patente vel nutante, purpurascens, paulisper crassum ad apicem; calyce



Ceropogia hians Svent.

sis, erectis, geniculato-conniventibus versum ad basim et non super coronam decurrentibus, albidis; pollinia sub-parallelis, translator lineari-subpyriformis, caudicula ferè recta, alato-auriculata cum membrana lata, lacerata; pollinium ovoideo-complanatum, colore pallido mellis; costula recta, $\frac{1}{3}$ partem faciei interioris pollinii occupanti. Fructibus folliculis subcylindraceis, attenuatis, 8-10 cm. long., ca. 5 mm. diam. maximi, erecto-curvatis, glabris, leucophaeo-viridibus, plus minus 40-spermis; semina lineari-spathulata, complanata, 7 mm. long., ca. 2 mm. lat., margine arcuè alato, minutissimè papillato, opaca, leucophaeo-cinnamomi-marmorata, villus 15-20 mm. longus.


Floret Septembri-Novembri; fructificat Aprili-Junio.

Habitat in humosis-petrosis inter rupes vulcanicas siccas ad 800 m. supra mare.

Locus originis: Junonia major (alias "Isla de la Palma"); inter Tigalate et Fuencaliente, ubi est plus minusve rara. Lecta cum florazione incepta die 26 Septembris 1954.

Ceropegia hians Svent.

var. *striata* Svent., var. nova.



DIFFERT a typo majore statura (ca. 1 m. alt.), minus ramificata et habitu magis erecto; truncis gracilioribus, strictis, atroviridibus, leucophaei-pruinosis, juvenilibus fuscis; foliis lineari-subulatis, acutis, 5 mm. lat., nervis leucophaeis, nitidis; corolla aliquantulum brevior; tubo leviter pentagonali, purpureo-striato; divisionibus corollae non semper dehiscentibus, brevioribus, colore luteo obscuriore; corona aliquantulum profundius lobata, lobulis obtusis; folliculis ca. 9 cm. long., fuscato-rosaceis, marmoratis.

Floret mense Octubri-Decembri; fructificat Maio-Junio.

Habitat in rupibus insolatis et in clivibus siccis, in solo argilloso-petroso.

Locus originis: Junonia major (Insula Palma); circa oppidulum Tijarafe dictum, ubi est valde rara. Inventa ad 600 m. supra mare, die 22 Septembris 1954.

Ceropegia chrysantha Svent., nova spec.

Sectio *Sarcodactylus* Huber.

PLANTA paucicaulis, 50-100 cm. alt. et amplius; caulis procumbenti-erectis, simplicibus vel parum ramificatis, 2-5 cm. crassis ad basim, attenuatis versus apicem, teretiusculis cum internodiis alternatè compressis, fuscis vel viridibus olivaceis, sordidè striatis, leuco-phaeo-pruinosis, asperulis, nodis leviter constrictis. Foliis valde ephemeris, sessilibus, lineari-subulatis, 20-30 mm. long., vix 2 mm. lat., carnosis, glabris, planis et olivaceo-fuscomarmoratis in anverso, convexis in reverso. Inflorescentiis axillaribus versus basim caulorum juvenilium vel pseudo-apicales truncorum adultorum in modum palaestrae dilatatae, subglobosae, pluriannuae, multiflorae (ca. 5-10 flores simul), accrescenti; pedunculo 7-8 millimetri long., gracili, glabro; calyce subglobuloso cum divisionibus triangulari-subulatis, basi incrassata; corolla 30-35 mm. long., glabra, leviter zygomorpha, conico-obtusa et ad tertiam partem superiorem divisa, tubo cylindrico, vix curvato, aliquantulum ad basim dilatato, ca. 3 mm. diam., externè ochraceo-albescenti, pallidè rosaceo ad basim, internè albedo-piloso; divisionibus corollae ferè semper indehiscentibus, lineari-lanceolatis, leviter constrictis in medium, margine deflexo, commissuris basilaribus hamulosis, externè ejusdem coloris ut tubus, internè splendidè aureis, fusco-viridibus versus apicem, fissuris vix 1 mm. lat.; corona cyathiformis, ca. 2 mm. diam., intensè lutea, profundè lobata, lobis suborbicularibus, bilobulatis lobulis brevissimis, facie interna recta, obtusis; appendicibus 2 mm. long., linearibus, obtusis, erecto-conniventibus versus apicem, geniculato-applicatis ad partem inferiorem et connato-decurrentibus in fissuris loborum, albescentibus; pollinia 0.4 mm. long., subparallela, translator claviformis, ad partem superiorem leviter constrictus, fuscus; caudicula ferè recta cum membrana vix notata; pollinium ovoide, mellicoloro; costula parum conspicua, rectiuscula, 1/4 partem faciei interioris pollinii occupanti. Fructus et semina incognita.

Floret Junio-Octobri.

Habitat in clivibus glareosis, siccis, ubi caprae morsibus valde mutilata est.

Locus originis: Nivaria (Insula Tenerife); regione austro-occidentali, prope oppidum Adexe ad 150 m. supra mare. Lecta die 26 Julii 1950. Valde rara.




Ceropegia chrysantha Svent.

ER
V. GENTIL
M. L. V.

Ceropegia Kranzii (Svent.)¹⁾

Sectio *Sarcodactylus* Huber.




Descriptionis supplementum: *Ceropegia* inflorescentiis cum palaestris valde distentis, subconvexo-nodosis, compositis; folliculis strictis, rigidis, erectis vel erecto-divergentibus, cylindro-fusififormibus, apice truncato-abtuso, 8-10 cm. long., 7 mm. diam., castaneo-olivaceis, leucophaei-puncticulatis, 25-30-spermis; semine spathulato, ca. 9 mm. long., 4 mm. lat., opaco, nigrescenti-castaneo et sordidè marmorato ex anverso, minutissimè lutescenti-alveolato-squamoso ex reverso (sub lente), margine 0.5 mm. lat., plus minusve crassato-deflexo; villus 20-25 mm. long.

Fructificat Maio-Julio.

(1) *Boletín del Instituto Nacional de Investigaciones Agronómicas*, núm. 30, pág. 43, Madrid, 1954.


Ceropegia ceratophora Svent., nova spec.

Sectio *Sarcodactylus* Huber.



STIRPS permulticaulis, 100-150 cm. alt., caulibus erectis, subrigidis, ca. 3 cm. diametri ad basim, alternè vel oppositè ramificatis, ad apicem attenuatis, subcylindricis vel leve et alternatim compressis, fusco-olivaceis, griseo-striatis; juvenilibus fusco-glauciscentibus, internodiis superioribus despiduis. Foliis valde ephemeris, sessilibus, 20 mm. long., vix 2 mm. lat., linearibus, acutis, crassiusculis, subplanis, fuscis, margineque vix albo-ciliato (sub lente), nervo turbido-rosaceo. Inflorescentiis ad 3-4 articulationes superioribus multifloribus (10-20 simul occurrentibus), palaestra irregulariter sphaerica, 1-2 cm. diam.; pedunculo 7-8 mm. long., pingui versus apicem, glabro; sepalis triangulari-lanceolatis, acutis, 1,5 mm. long., glabris, subcarnosis; corolla ca. 30 mm. long., erecto-patenti, aliquid amplius $\frac{1}{3}$ divisa et conico-attenuata, apice obtuso, fissuris angustissimis (ca. 0,5 mm. lat.), tubo exigue curvato, cylindrico, graduatim

dilatato ad medietatem inferiorem, pallido viridi-lutescenti, internè sordidè luteo-virescenti, striato, albo-piloso; corollae divisionibus indehiscentibus, lineari-subulatis, aliquantulum parte media constrictis, margine deflexo et commisura basis recta, externè albescentibus, internè sulphureis ad basim inferiorem, viridibus ad apicem; corona 1 mm. stipitata, vix 2 mm. diam., totaliter divisa, lobis intensè ochraceis, rotundatis, bilobulatis, lobulis a facie recta, subitè elongatis ad modum cornuorum erecto-parallelorum aequantium longitudinem lobi; appendicibus linearibus, obtusiusculis, carnosis, ad basim curvato-conniventibus, ad apicem erecto-parallelis, sulphureis; pollinia 0,4 mm. long., parallela; translator cuneiformis, ad apicem transovato-dilatatus, fuscus; caudicula recta cum membrana auriculata; pollinium elongato-ellipticum, apice ferè rectangulari, fulvum; costula sat proeminenti, recta, aequante faciem rectilineam apicalem atque aequivalentem tertiae partis longitudinis faciei interioris pollini. Folliculis 10-14 cm. long., 8 mm. diam., erecto-patentibus, parum curvatis, attenuato-fusiformibus, apice obtuso, olivaceis, densè grisaceo-punctulatis, 30-35-spermis; semina spathulata, 8-9 mm. long., 4 mm. lata, opaca leucophaeocastaneo-marmorata, minutissimè punctulato-alveolata in reverso; margine ca. 1 mm. lat., subplano et transversè striato in anverso, crasso in reverso; villus 20-25 mm. long.



Floret Maio-Octobri; fructificat Junio-Augusto.

Habitat in fissuris humoso-glareosis rupium abruptarum et siccorum.

Locus originis: Junonia minor (Gomera dicta); regione austro-occidentali, Cavo dicto Marandón a 600 m. ad 1.000 m. supra mare, ubi est rarissima. Legi die 6 Octobri 1956 in fine florationis.

Ceropogia ceratophora est ferè semper—maxime in statu juvenili—prima facie facilis confundendi cum *Ceropogia chrysantha* mihi. Tamen defertur notabiliter ad ea floribus non zygomorphis aliquantum parviores et pallidas, maxime, structura coronae stipitatae cum cyathio usque ad basim diviso et lobulis longè cornutis ita ut morphologice constituit exceptionem Ceropegiarum notarum Archipelagi Canariensi.

CONVOLVULACEÆ

Convolvulus Lopezsocasi Svent., nova spec.

Sectio *Strophocaulos* Don. - Subsectio *Heliocladia* Webb.



FRUTEX dense ramificatus ad basim, ramis suberectis aut pensilibus, 80-100 cm. long., postea ramis volubilis usque ad 3 m. aut plus altitudinis, glabris, inextricabilè sertis emittens; cortice nigrescente vel castaneo; ramis sterilibus elongatis, volubilis aut sarmentosis; ramulis floriferis brevibus, copiose foliosis. Foliis elliptico-lanceolatis aut orbiculato-elongatis, acutiusculis, mucronulatis, basi plus minusve cordatis, curvato-undatis, utrinque glabris; petiolo dimidio breviorè limbo; foliis floralibus parvioribus. Inflorescentiæ axillares, generaliter uni vel trifloræ, bracteatae, in pseudopanicula abbreviata ad apicem ramulorum congregatae; bracteis lanceolato-linearibus; pedicellis glabris, calyce longioribus; calyce subpoculiforme, divisionibus elliptico-spathulatis, obtusiusculis, mucronulatis, virentibus purpureisve; corolla 3-4 cm. diam., apertè infundibuliformis, anguloso-plicata, externè rosacea, albido-pilosa in dimidio superiore

angulorum, internè rosaceo-albida, lutescenti ad basim, unidiurna; stamina plus dimidio corolla breviora, filamentis filiformibus, basi dilatatis et internè valde papilloso-glandulosis; antheris sagittatis, albidis; ovarium 3 mm. long., ovato-conicum, glabrum; discus hypogineus deauratus; stylus glaber, dilatatus ad basim; stigma a laciniis longitudine stylo æquante, albis et stamina paululum longioribus. Fructus elongato-globosus, ca. 6 mm. long., glaber, apiculatus, monospermus; semen ovatum, nigrum, valde tuberculato-rugosum.

Floret a Martio usque ad Maium; fructificat Maio-Julio.

Habitat in saxis abruptis, apricis.

Locus originis: Insula Pluviaria (Lanzarote dicta): Mons dictus Famara, ad 600 m. supra mare, ubi lecta fuit cum fructo die 18 Maii 1947, cum flore vero et fructu die 22 Maii 1953. Sat pauca loco citato. Species canariensis valde rara.

Hanc perpulchram speciem cl. viro lanzarotensi, Mariano López Socas, amico, grato animo dico.



ERVENI
MCLVII

Convolvulus Lopezocasi Svent.

BORAGINACEÆ

Echium handiense Svent., nova spec.

Sectio *Pachylepis* Coincy.

SUFFRUTEX 80-100 cm. alt., lignosus, rigidè et horizontaliter ramificatus a basi; ramis erecto-patulis, cortice strigoso, fusco, infernè albo-hispidulo, supernè hirsutissimus et usque ad inflorescentiam foliosus. Foliis elliptico-lanceolatis, acutiusculis, attenuatis in petiolum ferè 1 cm. long.; superioribus subsessilibus vel sessilibus, utrinque minutè papillois et applicatè albo-hispidis, margine ciliato. Inflorescentia thyrsoidea, elongata, 10-20 cm. long. (aliquando vero in panícula brevi et sat ramificata), densa, bracteata; bracteis lanceolatis, sessilibus, de reliquo ut foliis, cincinnis inferioribus geminatis, superioribus simplicibus, omnibus ferè tam longis ut pedunculis erecto-patulis et hirsutis cincinnorum lanceolatis, acutis, dimidium brevioribus quam calyx; floribus sessilibus, 15 mm. long.; calyce 6-7 mm. long. durante anthesi, valde accrescenti post florationem it ut fit ferè duplex; calycis divisionibus lineari-lanceolatis, acutiusculis, ciliatis, externè densè pilosis et albo-setosis, internè pubescentibus; corolla leviter curvata superando ferè dupliciter calycem, ad tertiam partem divisa; tubo in parte mediâ quinquefoveolato, glabro et purpureo ad basim, leviter albo-piloso et supernè coelesti-coeruleo, internè omninè glabro; divisionibus corollae rotundatis, crenulatis, colore coeruleo coelesti, suaviter pilosis ad faciem externam, glabris ad faciem internam; antheris et stylo tertia parte exertis; filamentis staminalibus glabris, crassis ad basim, purpureis in parte externa; antheris ovatis, thecae lineari-ellipticae et glaucescentibus; pollinis grano subpiriformi, glabri; stylo subulato, hispido ad $\frac{3}{4}$ partes inferiores; stigmatis laciniis filiformibus. Nuculis fertilibus ordinariè tribus, ovoideo-trigonis, acutiusculis, scabrido-rugosis cum dentibus et protuberantiis nigro-fuscis.

Floret mense Februario-Aprili; fructificat mense Aprili-Junio.

Habitat in fissuris humosis rupium abruptarum versus septemtrionalem.

Locus originis: Insula Herbania (Fuerteventura dicta); regione Handiae in monte dicto "Pico de la Zarza" circa 800 m. supra mare, ubi est sat rara. Legi cum floribus die 21 Martii 1946, et cum flore et fructu die 14 Aprilis 1955.



Echium handiense Svent.

Echium triste Svent., nova spec.

var. *triste* Svent.



PLANTA perennis, parva, simplex vel a basi ramificata, tota valde pungenti-setosa; radice axonomorpha, intensè atropurpureo colore tingens; ramis ferè acaulis, densè foliosis atque infernè a foliis marcidis intricatè coopertis; foliis in rosula densa agglomeratis, sessilibus, linearibus, acutiusculis, ad basim sensim attenuatis, ca. 10 cm. long., vix 1 cm. lat., turbidè atroviridis, spinescenti-setosis, setis albis et in basi pustuloso-dilatatis cum alteris tenuibus intermixtis densè tectis in anverso, in reverso pubescentibus, minutè pustuloso, scabris et cum nervo principali sat spinuloso-setoso. Stipite florali erecto, 20-30 cm. long., folioso; inflorescentia laxè thyrsoidèa, cincinnis simplicibus, patentibus, breviter pedunculatis, bracteatis, bracteis pedunculus aequantibus, composita; cincinnis scorpiodeis, compactis, floribus bracteatis, bracteis lineari-lanceolatis, densè setosis, calycem dimidio brevioribus; calyce ferè usque ad basim diviso, di-

visionibus linearibus, obtusiusculis, accrescentibus; corolla sigmatoide, ter longiora quam calycem, leviter zygomorpha, 12-15 mm. long., turbidè viridulo-rosacea, tubo pubescenti, cylindraceo, corollae divisionibus conformibus, semiclusis, rotundatis; filamentis ferè juxta basim tubo insertis, glabris, rectis, corolla ca. 6 mm. superantes, et aliquantulum stylus brevioribus; antheris rotundatis, coeruleo-viridulis; stylo leviter curvato, densè albo-piloso, laciniis stigmæ filiformibus, apice vix capitato. Nuculis ovoideo-subtrigonis, obtusis, omnibus fertilibus, aspero-hirtuloso-papillosis, fuscis.

Floret et fructificat Martius-Julius.


Habitat in clivibus sterilibus, siccissimis, solo argilloso-lapidoso.

Locus originis: Canaria Magna; supra oppidulum Agaete dictum, versus 100 m. supra mare, ubi legi cum flore et fructu die 3 Aprilis 1947. In hoc loco sat pauca invenitur. Haec species, incertae sedis, est probabiliter exclusive canariensis.

EXPLICATIO TABULÆ XIX

Echium triste Svent.

α . Planta florida (magnitudine naturali); β . folia transverse secta (4 x aucta); γ . flos (3 x); δ . calyx nuculanium fovens cum stylo (6 x); ϵ . corolla arte expanda (6 x); ζ . nucula (10 x).



Echium triste Svent.

Echium triste Svent.

var. *nivariense* Svent.

DIFFERT a typo planta annua, habitu magis majore, usque ad 1 m. alt., laxaque foliosa; foliis longioribus, utrinque pubescenti-hirsutis, setulis albis mixtis atque parciore pustulosis; inflorescentia ampliora et multo longiora (usque ad 60-70 cm. metiens), cincinnis laxioribus, longiorè pedunculatis cum floribus sat distantibus; calyce divisionibus angustiorè longioribus; corolla ca. ter breviora quam in typo, externè densè puberulenta, divisionibus duabus superiores longioribus quam caeteris; antheris stylo aequantibus; nuculis scorbulato-exasperatis et cum protuberantiis leucophaei colore valde munitis.

Floret et fructificat verae-aestate.

Habitat in sterilibus herbosis et siccis.

Locus originis: Nivariae insula; regione australi versus 200 m. alt., inter pagum dictum "Playa San Juan" et oppidum Adexem, ubi sat abundanter invenitur. Legit cum flore et fructu die 26 Martii 1950.

Echium triste Svent.

var. *gomeræum* Svent.

PLANTA biennis, a basi sat ramificata, caulibus erecto-patentibus, 40-60 cm. alt.; foliis lineari-lanceolatis, sparsè ac rudè pustuloso-setosis, margine crispato-undulato; inflorescentiis gracilioribus, cincinnis plus minusve nutantibus; floribus valde sigmatoideis, divisionibus oblongis, cucullato-conniventibus; antheris stylo aequantibus; nuculis scabris cum dorso supernè dentato-carinato et costae crustacei-dentatae a typo differt.

Floret et fructificat ferè ut in typo.

Habitat in litore sicco, arenoso-lapidoso maris.

Locus originis: Junonia Minor (Insula Gomera); regione australi juxta plagam Argagae, ubi est sat abundanter. Die 10 Octobris 1957 inventa et cum fructu lecta fuit; postea die 25 Maii 1958 cum floribus et fructibus legi.

LABIATÆ

Lavandula pinnata L. fil.

var. *tolpidifolia* Svent., var. nova.

DIFFERT a typo habitu robustiore et valde ramificate, ramis supernè laxè foliosis; foliis ambitu linear-lanceolato vel angustè lineare in longum petiolum sensim attenuatis, apice acutis, pinnatisectis vel pinnatipartitis, superioribus frequens simpliciter rudè dentatis; stipite florali longiore (usque ad 50 cm. long.); inflorescentiis simplicibus vel 3-spicatis, spicis gracilioribus; bracteis floralibus brevioribus calycem subaequantibus; calycis divisionibus brevioribus, acutiusculis; corolla parum exerta.

Floret et fructificat ferè toto anno.

Habitat in rupibus semiumbrosis et siccis versus 400 m. supra mare.

Locus originis: Nivaria (Tenerife); regione austro-occidentali prope Masca in loco dicto "Barranco Natero", ubi est sat pauca. Legit cum flore et fructu die 17 Maii 1949.

Lavandula Minutolii Bolle.

var. *tenuipinna* Svent., var. nova.

FOLIIS viridoso-leucophaei-tomentosis, approximàtè pinnato-partitis, pinnis vix 1 mm. lat., inferioribus aliquando bi vel trilaciniatis; inflorescentiis generaliter 5-spicatis; spicis gracilioribus, brevioribus, infernè interruptis, breviter pedunculatis; bracteis floralibus latè ovatis, breviter acuminatis, margine infernè albo-hyalino, externè stellato-tomentulosis; calyce dimidio breviori quam in typo, divisionibus breviter deltoideis, margine albo-piloso, nigro-coeruleis et a corollae labio superiori sat profundè diviso a typo differt.

Floret et fructificat autumnno-verae.

Habitat in clivibus glareosis, siccis atque inter saxas calidas versus a 400 m. usque ad 1.000 m. supra mare.

Locus originis: Nivaria (Tenerife); Masca, ubi sat copiosa invenitur. Legit cum flore et fructu die 30 Decembris 1950.

Sideritis nutans Svent., nova spec.

Sectio *Empedoclea* Benth.



SUPFRUTEX 20-100 cm. alt., dichotomè ramificatus, in statu juvenili brevicaulis, caespitosus, deinde habito arborescenti attingens, erecto, valde ramoso; truncis tortuosis, robustis (usque ad 5-7 cm. diam.), infernè nudis; cortice valde scabrido-rugoso, suberoso, fusconigri; ramis juvenibus foliosis, foliis marcidis densè coopertis. Foliis plus minusve rosulatis, ovato-oblongis vel subcordatis, 6-12 cm. long., 3-5 cm. lat., albescenti-lanoso-pilosis, pilis cum glandulis stipitatis intermixtis, piloso-pannosa in reverso, margine crenulato-undulato, petiolo longitudini ferè limbo

aequante, canaliculato, plano in basi, semianplexicaule; foliis caulibus 1-4 jugis, inferioribus petiolatis, superioribus subsessilibus aut sessilibus; foliis marcidis per multos annos persistentibus. Stipite florali erecto, cylindrico, pubescenti-glanduloso, in statu marcido sat persistente; inflorescentia in spicastro compacto, nutanti composita, generaliter cum 1-2 verticillastris inferioribus distantibus, 6-15 cm. long., 2-3 cm. diam., foliis floralibus bracteiformibus, sessilibus, longitudinem calyci superantibus, subrhomboidei-rotundatis, acutiusculis vel latè ovatis atque acuminato-aristatis, utrinque piloso-glandulosis, margine integro et densè ciliato; verticillastris 6-15-floris, confluentibus; floribus breviter pedicellatis, calyce tubuloso-campanulato, vix curvato, versus basim leviter constricto, ca. 8 mm. long., 6 mm. diam., glanduloso-piloso, divisionibus deltoideis, aristatis; corolla ferè duplo longiora quam calycem, tubo recto, inflato-compresso in parte superiori, albido, striato, externè glabro, internè densè luteo-papilloso; corollae divisionibus brevissimis, deflexo-revolutis, obtusis, turbidè atropurpureis, externè puberulis, labio superiori integro, triangular-orbiculari, inferiori trilobulato, lobulis lateralibus ovatis, lobulo medio latè semiorbiculari; staminibus inclusis, filamentis unilateraliter ciliatis; stylo stamina superiora dimidiante, glabro; stigmae laciniis valde inaequalibus, superiora latè aovata, inferiora longiora, linear-oblonga. Nuculis ambitu ovato, breviter apiculatis, 3 mm. long., ca. 2 mm. lat., subtrigonis a facie dorsali convexa, ventrali angulosa, alveolulatis (sub lente), fuscis, obscurè maculatis.

Floret mense Maio-Julio; fructificat Julio-Octobri.

Habitat in parietibus rupium basalticarum, subumbrosarum locis siccis a 150 m. versus 1.000 m. supra mare.


Locus originis: Junonia minor (Insula Gomera dicta); regione austro-occidentali, in magno anfractu vulgo dicto "Barranco de Argaga", ubi reperta et lecta fuit cum fructu die 10 Octobris 1956, loco citato sat pauca; postea cum paucis floribus atque in plena fructificatione die 6 Septembris 1957 in loco dicto "Barranco Ancones" supra oppidulum Valle Gran Rey ad 600 m. supra mare lecta, ubi sat abundanter invenitur.

Planta viva odorem hincum lanae spirat.

EXPLICATIO TABULÆ XX

Sideritis nutans Svent.

α . Caulis floriger et fructiger (magnitudine naturali) ;
 β , γ et δ . foliae florales (2 x auctae) ; ϵ . calyx arte
apertus ; ζ . corolla arte expanda ; η . flos (omniae 4 x
auctae) ; θ . nucula (5 x) ; ι . stamina (12 x aucta) .



Sideritis nutans Svent.

Micromeria pincolens Svent., nova spec.



SUPFRUTEX 30-70 cm. alt., habito erecto, creberrimè lignosus, rigidus, valde ramicatus; cortice truncis veteribus sublaevo castaneo colore, vittato-reticulato-hirsuto, in ramis juvenilibus viridulo et molliter piloso; ramis subquadrangulatis, densè foliosis. Foliis breviter petiolatis, ca. 20 mm. long., 8 mm. lat., lanceolatis, obtusis, margine revolutò, densè et suavissimè pilosis in anverso, subtus glabris, nervosis cum nervo principale valde notato, piloso; floralibus ut caulinibus; foliis marcidis sat persistentibus, odore pinorum foliis siccis exhalantibus. Inflorescentiae in spicastro denso congregatae, verticillastris confluentibus, 20-50-floris, bracteis lineari-lanceolatis aut angustè linearibus, acutissimis, ciliatis, supra glabris, subtus piloso-nervosis; floribus breviter pedicellatis, ca. 16-20 mm. long.; calyce angustè tubulari-cylindraceo, recto, 13-striato, piloso, obscure

bilabiato, divisionibus labii inferiori deltoideis, divisionibus labii superiori aliquantulum longioribus, gutture glabra; corolla ferè duplo longiora quam calycem, puberulenta, splendè concolore-rosaceo-purpurea, 6-7 mm. diam. supra, profundè bilabiata, tubo infundibuliformi, leviter curvato, albido, labio superiori rotundato, emarginato, rectiusculo vel leviter deflexo, inferiori sat deflexo, profundè trilobulato, lobulis lateralibus oblongis, medio majori, subflabelliformi, emarginato-crenulatisve; staminibus inferioribus exertis, stylo aequantes, valde recurvatis, superioribus brevissimis, sterilibus (an semper?); antheris cum loculis divaricatis, purpureo-violaceis, postea castaneo-deauratis; stylo glabro cum lacinia inferiora deflexa. Nuculis elongato-ovoideis, leviter compressis, sublaevis, deauratis.

Floret Aprili-Junio; fructificat Julio-Septembri.

Habitat in pineto subumbroso solo argilloso-humoso a 800 m. ad 1.000 m. supra mare.

Locus originis: Canaria Magna (Gran Canaria dicta); in montibus Goyedrae, ubi die 25 Septembris 1948 cum fructu lecta fuit (sat pauca); et in loco dicto Tamadaba in pineto (copiosa), ubi legi cum flore et fructu die 19 Julii 1949 et 19 Septembris 1951.

Haec speciosa stirps, incertae sedis, est vera canariensis.

Nepeta teydea Webb et Benth.

var. *albiflora* Svent., var. nova.

DIFFERT a typo bracteis principalibus muticis: calyce breviori, tubo parte superiori plus prolato et a divisionibus minus ciliatis; corolla alba, immaculata.

Floret et fructificat ut in typo.


Habitat inter scorias vulcanicas et in clivis petrosis.

Locus originis: Nivaria (Tenerife); in magno circo montano "Las Cañadas" dicto, in loco nominato "Arenas negras" ad 2.100 m. supra mare, ubi invenitur sat abundanter. Lecta die 12 Aprilis 1944. Etiam visa est in loco dicto "El Portillo" atque in circumstantibus locis; parum frequens.

EXPLICATIO TABULÆ XXI

Micromeria pineolens Svent.

α . Ramus floridus (magnitudine naturali); β . calyx arte apertus (4 x); γ . bractee cymulae (3 x); δ . folia a pagina inferiore visa ac eadem transversè secta (2 x); ϵ . flos; ζ . corolla longitudinaliter secta et artificialiter explanata (ambae 3 auctae); η . nucula a ventre visa (20 x aucta).



Micromeria pineolens Svent.

LOBULARIACEÆ

✕ *Lytanthobularia* Svent., genus hybr. naturalis novus.

(*Lytanthus* Wettst. ✕ *Globularia* L.).

COROLLA zygomorpha, usque ad medium divisa, calycem superante; labio superiori bifido, inferiori laciniato; tubo interne piloso; filamentis ad guttur tubi insertis; stylo recto, deciduo; fructu incluso; calyx vix zygomorphus cum gutture piloso; inflorescentiae monocephalae, globosae, axillares versus apicem ramorum. Suffrutices caulibus erecti-procumbentibus, sempervirentibus, indefinitè crescentibus. Hybridæ typus sequens:

✕ *Lytanthobularia indubia* Svent., hybr. nova.

(*Globularia sarcophylla* Svent. ♀ ✕ *Lytanthus salicinus* (Lam.) Wettst. ♂)

SUFFRUTEX 30-50 cm. alt., densè ramificatus, ramis valde foliosis; cortice fuscescenti (viridi et obscure striato in ramis juvenilibus), glabro. Foliis coriaceis, lanceolatis, acutis, sensim attenuato-petiolatis. Capitulis axillaribus versus apicem ramorum (generaliter 6-10) pseudocorymbum constituentibus; pedunculis longioribus quam folia vel aequantibus, erectis, molliter pilosis, unibracteatis; bracteis deltoideis, acutis, pergaminaceis, fusco-pubescentibus, margine piloso; capitula hemisphaerica, 12-15 mm. diam.; bracteis involueralibus lineari-lanceolatis, acutiusculis, viridi-fuscescentibus, puberulentis, margine densè ciliato; receptaculo attenuato-teretiformi, verruculoso, albo-piloso, paleis linearibus, acutissimè aristatis, albedo-pilosis et margine ciliato ad medietatem superiorem, calycem aequantibus; floribus 6-7 mm. long., calyce aliquantulum irregulari, albo-piloso cum tubo dimidietate brevioris quam divisiones calycinales, gutture densè hirsuto, divisionibus lineari-attenuatis, ciliatis; corolla albescenti cum tubo externè glabro, internè albo-piloso, bilabiata; labio superiori usque ad basim diviso, divisionibus angustissimè linearibus, albis, glabris; labio inferiori, 1/3 longiore quam superior, externe pubescenti, valde deflexo, in tertia parte trilaciniato, laciniis elongato-obtusiusculis, coeruleis; filamentis longè exertis, divergentibus, albis; antheris ellipticis, pallidè violaceis; stylo 1/3 brevioris quam labium inferiorem; ovario ovoideo-cylindrico. Fructu cylindrico-fusifforme, 1,5 mm. long., aliquantulum apiculato, subpallido.

Floret et fructificat ferè toto anno.

Habitat inter progenitores in clivis petrosis et siccis circa 1.600 m. supra mare.

Locus originis: Canaria Magna (Gran Canaria dicta); Tirajana, ubi lecta fuit die 6 Junii 1954. Sat rara.

Hoc hybridum bigenericum postea fuit artificialiter obtendum in Statio Florae Atlanticae "Viera y Clavijo" apud Tafiram (Canaria Magna), comprobando quot respondit ad hybridum superius descriptum.

EXPLICATIO TABULÆ XXII

× *Lytanthobularia indubia* Svent.

α . Ramus floridus (magnitudine naturali) ; β . folia transversè secta (2 x) ; γ . bractea involucralia externa et δ . idem interna (ambae 4 x auctae) ; ϵ . palea (4 x) ; ζ . receptaculum post florationem (2 x) ; η . flos (5 x) ; θ . achaenium (20 x auctum).



× *Lytanthobularia indubia* Svent.

PLANTAGINACEÆ

Plantago asphodeloides Svent., nova spec.

var. *asphodeloides* Svent.

Sectio *Leucopsyllium* Decne.

PLANTA parva vel mediocri, annua aut biennis, acaulis, radice elongato, tenui. Foliis 20-40 in rosula densa congregatis, 10-15 cm. long., 1-2 mm. lat., angustè linearibus, acutis, abundè lanatis in basi, utrinque striguloso-hirsutis, integris vel a dentibus acutis, subdivergentibus sparsè dentatis. Inflorescentiae generaliter 10-15, folia superantes, pedunculatae, pedunculo ferè $\frac{1}{3}$ longitudinem spicae, setoso striguloso; spica 10-15 cm. long., angustè teretiformis, densa, cum 1-3 floribus distantibus ad basim (in fructificatione ca. 3 mm. diametri); bractea calycem dimidio breviora, late ovato-acuminata, concava, margine albo-hyalino, scarioso-lacerato, glabra vel ad basim puberulenta, 1,5 mm. long., ca. 1 mm. lat., carina parum notata; sepalis breviter sed sat densè albo-barbatis, anticis in $\frac{1}{4}$ parte connatis, planiusculis, $\frac{1}{4}$ corolla brevioribus, vix 2,5 mm. long., elliptici-lanceolatis, obtusiusculis, latè hyalino-marginatis, margo exteriore ciliato, interiore ferè toto glabro nisi apice ciliato; posticis calycem aequantibus, inaequilatè lanceolatis, acutiusculis, ca. 3 mm. long., marginis ferè toti glabris ex apice ciliato, valde concavi-plicatis cum carina conspicua, alata, scariosa, versus apicem dilatata. Corolla tubo urceloato-cylindræo, 3 mm. long., stria media sat notata, supernè albo-hirsuto, corollae divisionibus triangularibus, acutissimis, ferè 1 mm. long., utrinque glabris, horizontaliter expandis vel postea deflexis; staminæ filamentis corollae divisiones longioribus; anthera 0,5 mm. long., ovato-elliptica, basi incisa, apiculo linear-oblongo, acutiusculo; stylo tubum duplo ferè longiori, hispidulo. Capsula ovoidea, ca. 2 mm. long., ad medium circumcissa, papyracea, parte superiore albescenti, glabra, a corolla coronata, disperma; semina linear-elliptica, convexo-compressa, ca. 1,5 mm. long., 0,5 mm. lat. obscure castanea, opaca, albescente-puncticulato-marmorata, facie hili ferè conformis.

Floret Febuario-Aprili; fructificat Martio-Maji.


Habitat in glareosis herbosis, siccis a 50 m. ad 200 m. supra mare.

Locus originis: Nivaria (Tenerife); regione austro-occidentali, inter pagum dictum "Playa San Juan" et oppidum Adexe, ubi est sat pauca. Legi cum flore et fructu die 26 Martii 1950.

EXPLICATIO TABULÆ XXIII

Plantago asphodeloides Svent.

α . Planta integra florida (magnitudine naturali); β .
bractea; γ . sepalae anticae; δ . posticae sepala una;
 ϵ . flos; ζ . semina (ominae 10 x auctae).



Plantago asphodeloides Svent.

Plantago asphodeloides Svent.

var. *oligostachya* Svent., var. nova.

PLANTA parviora, foliis 8-20, filiformibus, intergerrimis, densè albescenti-hispidulis; spicis 2-7, gracilioribus, folia paulum superantes vel brevioribus; bractea calycem $\frac{1}{3}$ breviora, sat longiorius acuminata, ferè tota puberulenta, margine ciliato; sepalis anticis liberis usque ad basim, longitudine corollae aequantibus, margo exteriorè scarioso-ciliatisve; posticis cum carina latiora, tota ciliata; corollae divisionibus angustioribus; stylo duplo breviori; semine angustiore, albescente-papillato, facie hili plana a typo differt.

Floret et fructificat quam in typo.

Habitat in clivibus arenosi-herbosis a 400 m. alt.

Locus originis: Canaria Magna; regione australi, in valle Ayagaure dicta, ubi sat pauca invenitur, ibidem legi die 24 Aprilis 1947.

Plantago arborescens Poir.

var. *mascaënsis* Svent., var. nova.

DIFFERT a typo foliis densissimè rosulatis; folia 10-15 mm. long., 0,5 mm. lat. omnia densè hirsuta, glandulis longè stipitatis mixta; spica generaliter biflora; bracteis dimidium brevioribus quam sepala antica, orbiculari-acutiuscula (non acuminata), hirtulosa, latè hyalino-marginata, lacerato-ciliata, carina convexa; omnibus sepalis hirsuto-glandulosis; anticis muticis, longioribus quam caeterae; posticis acutiusculis; tubo infundibuliforme ad medietatem superiorem; corollae divisionibus triangulari-lanceolatis cum margine integro; stylo duplo longiore quam tubus, densè pubescente; semine valde concavo facie hili, sordidè nigro.

Floret Martio-Maio; fructificat Aprili-Julio.

Habitat ad rupes apricas et ad clives argilloso-glareosos.

Locus originis: Nivaria (Tenerife); Masca ad 600 m. alt., ubi datur sat abundans. Lecta cum flore die 1 Martii et cum fructu die 1 Maii 1948.

Plantago arborescens Poir.

var. *canescens* Svent., var. nova.

DIFFERT a typo foliis strictioribus, subfiliformibus, 1 mm. lat. ad summum, molliter pubescenti-canescens, intersitis cum glandulis minimis, ad basim longè pilosis pilis articulatis, albis; pedunculo pubescenti-piloso, folium aequivalenti in longitudine; spica parviora (vix 10 mm. diam.); bractea latè ovata, breviter deflexo-acuminata, pubescenti-glanduloso-pilosa, ca. 5 mm. long., atque sepala aequante; sepalis anticis valde concavis, in acumine crasso, piloso-glanduloso cum carina ferè nulla attenuatis; posticis acutiusculis vel deflexo-acuminatis, piloso-glandulosis in parte media exteriori cum carina glanduloso-hirsuta; semine lineari-elliptico, nitidissimo, nigro, facie hili concavo-ruguloso.

Floret tempore verno-aestivo; fructificat Augusto-Octobri.

Habitat in fissuris humosis rupium siccarum.

Locus originis: Nivaria; regione australi in valle Tejinæ ad 700-800 m. supra mare, ubi legi cum floribus siccis et seminibus maturis die 18 Octobris 1957. Sat abundans.

Plantago famarce Svent., nova spec.

Sectio *Psyllium* (Juss.) Barnéoud.



FRUPLICATION 20-30 (40-50) cm. alt. prostratus vel erectiusculus, ramosissimus; ramis lignosis, rigido-tortuosis, ad apicem valde ramulosis, supernè densè foliatis, infernè foliis marcidis indutis, postea nudis; internodiis ramulorum juvenilium brevissimis (in ramis veteribus 8-10 mm. vel amplius); cortice glabro, levigato, fusco. Foliis crassiusculis, 2-4.5 cm. long., 1.5-2.5 mm. lat., linearibus, acutiusculis, paulum acuminatis ad apicem, virido-glauciscentibus, puberulis (sub lente), planiusculo-caniculatis ex anverso, nervo dorsali crasso-marginatis

inferiori vix albo-piloso. Inflorescentiae copiosae versus apicem ramulorum glomeratae; spicarum penduculo folium aequanti vel aliquantulum breviori, erecto-patenti, puberulo; spica rotundata, pauciflora (2-6-flora), compacta; bractea calycem breviora, 4 mm. long., ca. 2-3 mm. lat., concava, aovata, breviter acuminata, apice valde carinato, puberulo-pilosa, quinquenervia, margine ciliato-scarioso; sepalis 4 mm. long., ferè conformibus, acuminatis, piloso-pubescentibus, hyalino-marginatis; anticis leviter concavis, obliquè ellipticis, carina turgida versus apicem, margine supernè ciliato; posticis lanceolato-ovatis, apice cymbiformibus, carina aciculata, margine ciliato; corollae tubus ca. 5 mm. long., angustus, crispato-rugulosus et a divisionibus ovato-lanceolatis ad 3 mm. long., acuminatis, versus apicem denticulatis, nervo valde crasso ad basim; filamentis divisiones duplatim superantibus; anthera elliptica, ad basim latè incisa, apiculo rotundato-acutiusculo; stylus tertia parte filamentis superante, pilosus. Capsula ovoidea, ca. 5 mm. long., glabra, ad basim sordidè circumcissa, a stylo coronata; semina ellipsoide-elongata, nigra, a facie externa lucida, convexa, facie hili concava, opaca, margine aliquantulum crasso

Floret et fructificat Aprili-Junio.

Habitat in fissuris praeruptorum sinuum ad 400-600 m. supra mare.

Locus originis: Insula Pluviaria (Lanzarote dicta); in loco dicto "Gran Roque de Famara" et contiguus, ubi legi cum flore die 18 Maji 1949, et cum flore et fructu die 20 Maji 1953. Sat rara.

EXPLICATIO TABULÆ XXIV

Plantago famaræ Svent.

α . Ramus floridus (magnitudine naturali) ; β . bractea ;
 γ . sepalae anticae ; δ . posticae sepala una (omnia 6 x
auctae) ; ε . flos post anthesim (4 x) ; ζ . semina (6 x) .



Plantago famara Svent

COMPOSITÆ

Chrysanthemum callichrysum Svent., nova spec.

Sectio *Argyranthemum* (Webb) Hoffm.



SUFFRUTEX 60-100 cm. alt., laxe ramosus; ramis erectis vel erecto-patulis, cortice glabro, deaurato-lucido. Foliis 10-15 cm. long., glabris, virido-fuscis anversè, pallidioribus reversè, bipinnatisectis, limbo ovato-apiculato, valde protracto in petiolum attenuatum, angustè alatum limbum dimidiante, pinnis lateralibus quinqueparibus, oppositis vel suboppositis, lineari-lanceolatis, acutis, parcè vel vix decumbentibus, irregulariter dentatis, ad apicem saepe saepius trifidis. Inflorescentia corymbosa, ramis generaliter dichotomicis, erectis; pedunculo glabro, parcè folioso, foliis pinnatifidiis vel pinnatisectis; involucro hemisphaerico, ca. 10 mm. diam., triseriali; bracteis viridulosis, marginatis, margine deaurato-hyalino, subscarioso; exterioribus triangulari-lanceolatis, obtusis; intermediis ovato-lanceolatis, margine apiculari deflexo, crispato-flabelli formi; interioribus lineari-lanceolatis, sub-

hyalinis, margine rotundato; receptaculo conico, alveolis ellipticis, proeminentibus intus granulosis; ligula plus minusve deaurata (aliquando colore subpallido), lineari-elliptica, 15-20 mm. long., 2-5 mm. lat., apice generaliter trifido (vel integro), obtuso; tubo 2 mm. long., aliquantulum compresso, sparsè piloso-glanduloso; stigma vix exerto; floribus centralibus sulphureosis, circa 3 mm. long., tubo supernè dilatato-campanulato sparsè atque minutissimè denticulato, corollulae divisionibus triangularibus, obtusiusculis; stigma vix exerto. Achaeniis lutescentibus; periphaericis trigonis (saepe saepius geminatis); alatis, alis tantisper crenulato-crispis; corona ferè nulla et a protuberantia annulari substituta, leviter crispata ex parte posteriori; centralibus irregulariter pentagono-claviformibus, unialatis, ala obliqua, undulato-crenulata; corona sat distenta, festonato-crispatulata.

Floret mense Martio-Maio; fructificat Maio-Julio.

Habitat in fissuris basalticarum rupium abruptarum.

Locus originis: Junonia Minor (Insula Gomera); circa pagum "Iqualero" dictum, versus 1.000 m. supra mare. Legit cum flore die 18 Maio 1945 et cum fructu die 12 Augusto 1952. Stirps canariensis valde rara.



Chrysanthemum callichrysum Svent.

Chrysanthemum Winteri Svent., nova spec.

Sectio *Ismelia* (Cass.) Hoffm.

SUFFRUTEX 60-80 cm. alt., habitu erecto, valde ramificatus; cortice asperulo cum cicatricibus prominentibus, fusco, ad ramulos glabro, striato, viride vel castaneo colore. Foliis ambitu ovato-elliptice, base cuneatis, crassiusculis, glabris, 5-7-imparipinnatis; segmentis lineari-lanceolatis, decurrentibus, irregulariter lobatis vel rudis lobulato-dentatis, acutiusculis, segmento terminale tripartito, segmentis inferioribus subintegris; petiolo brevi, biauriculato ad basim. Inflorescentiis glomeratis in paniculis latis ad apicem ramulorum; ramulis floriferis simplicibus vel ramusculosis, foliosis; pedunculis rigidis, saepe saepius ebracteatis; involucri depresso-hemisphaerico, 10-12 mm. diam., triseriali, bracteis lanceolatis, margine fusco-hyalino, lacerato; intermediis et intimis cum margine dilatato ad apicem; receptaculo elongato-conico, verrucoso-ruguloso cum alveolis minutissimis; ligula lineari-oblonga, 10-15 mm. long., ca. 4 mm. lat., lactea, obscure 2-3-dentata, dentibus obtusis; tubo ca. 2-3 mm. long., glanduloso cum stigma vix exerto; floribus centralibus colore aurimali, ca. 3 mm. long., tubo supernè campanulato, vix papilloso-glanduloso ad basim; corollulae divisionibus deltoideis, acutis; stylo glabro, stigma incluso a laciniis cuneatis. Achaeniis albidis; periphaericis tripartitis, dorso valde convexo, 4-striato, late lacerato-alato, ala interiore strictiore; coronula valde obliqua, plicata, decurrente supra dorsum formam perigonii tulipae; centralibus curvato-claviformibus, compressis, striatis, latè unialatis, ala crispato-denticulata, coronula obliqua, lacerato-denticulata.

Floret Martio-Aprili; fructificat Aprili-Maio.

Habitat in fissuris humosis locorum petrosorum.

Locus originis: Insula Herbania (etiam Fuerteventura dicta); in montanis regionis Handiae ad cuspidem vulgo dictam "Pico de la Zarza" ca. 800 m. supra mare, ubi datur sat abundans. Lecta primum die 21 Martii 1946 cum flore, postea cum flore et fructu die 14 Aprilis 1955.

Hanc praepulchram speciem dico cl. dom. Gustavo Winter et sponsae suae in pigno gratitudinis propter hospitalitatem et cordiale adiutorium datum tempore mearum investigationum in dissitis et valde arduis regionibus handiensibus.

Investigatores Florae canariensis Carolus Bolle (1) et Oscanus Burchard (2) mentionem faciunt *Chrysanthemum Broussonetii* Balb. juxta "Pico de la Zarza", quod certe sine dubio attentionem parit propter magnam extensionem geographicam hujus speciei. Hunc locum percurri in suis diversis declivitatibus saepe saepius (annis 1946, 1955 et 1957) et attente investigavi, se sine possibilitate inveniendi nec aliquod vestigium *C. Broussonetii*, quae cum sit ex locis humidis et umbrosis laurisylvae, videtur sat vero absimilis ut haec species inveniret hic conditionis oecologicas necessarias.

(1) BOLLE, C.: *Florula insularum olim Purpurarum*; *Botanische Jahrbücher*; tom. XIV, pag. 244, Leipzig, 1892.

(2) BURCHARD, O.: *Beiträge zur Ökologie und Biologie der Kanarenpflanzen*; pag. 201. Stuttgart, 1929.

Etsi specimina collecta in "Pico de la Zarza" a duobus auctoribus, de quibus facta est mentio, non licuit mihi eas examinare, inadmissibile non esset ut haec notationes referendae essent ad *Chrysanthemum Winteri* mihi propter aliquam similitudinem inter eas. *C. Winteri* notabiliter differt a *C. Broussonetii* non tantum suis foliis crassiusculis, lobatis ferè totaliter et a petiolo ad basim biaurato, sed principaliter a morphologia achaeniorum periphaericorum cum coronula valde decurrente et delineata simil perigonii Tulipae, quod constituit exceptionem inter omnes alias species *Chrysanthemi*, usque nunc cognitae in Insulis canariensibus.



Chrysanthemum Winteri Svent.

Onopordon Nogalesi Svent., nova spec.

STIRPS perennis, multicaulis, plus minusve caespitosa; radice axinomorpha, carnosotuberosa. Foliis radicalibus densè congregatis, 20-30 cm. long., 10-15 cm. lat., ambitu elongato-lanceolato ad basim sensim attenuatis, subsessilibus, semiamplexicalibus, profundè sinuato-pinnatopartitis, segmentis lateralibus anguloso-subtriangularibus, spinis et spinulis luteis pungentibus valde et irregulariter munitis, utrinque albido-arachnoideotomentosis, rhaqui spinescenti; foliis marcidis valde persistentibus. Stipite florali robusto, longitudine foliis ferè aequanti, folioso; foliis caulibus in alas amplias, spinosas valde decurrentibus; inflorescentia subcorymbiformis, ramis et ramulis alato-spinosis; capitula erecta, globosa, sat magna (4-8 cm. long. et lat.); involucri subconico, 3-4 cm. diam., bracteis involucralibus purpurascenscentibus, in spinam rigidam et valde pungentem prolongatis; externis ovato-oblongis, margine arachnoideo-piloso; internis lineari-lanceolatis; receptaculo profunde alveolato, alveolis margine scarioso-lacerato, aristoso-spinescenti; flosculis 25 mm. long., tubo ca. 15 mm. long., 1 mm. diam., glabro, albo, inflato superne; corollulae divisionibus coerulei-purpurascenscentibus, inaequalibus, angustè linearibus, acutis, externè aspero-papillosis (sub lente); filamentis staminibus $\frac{1}{3}$ brevioribus quam anthera, infernè glabris, molliter pilosis versus apicem, antheris vix exsertis, appendicibus apicalibus ca. 2 mm. long., acutissimis, flavescentibus; stylo longe exserto, infernè glabro, supernè scabridopubescenti et albo-bistriato; annulo piloso; laciniis stigmae obtusis, divergentibus. Achaenio 4-5 mm. long., 2-3 mm. lat., oblongo vel linear-oblongo, truncato, subtetragono compresso, lucidè albescenti, transversaliter striato rugoso; villo achaenium subaequantis, setis rigidis, inaequalibus, setulosis, turbidè lutescentibus.

Floret Novembri-Aprili; fructificat Martio-Maio.

Habitat in clivibus argilloso-petrosis, locis aridis et siccis.

Locus originis: Herbania (Insula Fuerteventura vocata) in regione montuose Handiae in valle Vinama vulgo dicta, ubi datur sat abundans, ubi cum flore et fructu die 14 Aprilis 1954 et cum fructu die 5 Martii 1957 lecta fuit.

Hanc speciosam stirpem cl. Joanni Nogales Hernández, in Magna Canaria silviculturae praefecto, amico et benefactori meo dico.

EXPLICATIO TABULÆ XXVII

Onopordon Nogalesi Svent.

α . Planta integra florida et fructigera (plus minusve magnitudine naturali); β . receptaculum transversè sectum (ferè magn. naturali); γ . alveoli (2,5 x auct.); δ . achaenium (2 x); ϵ . flosculus (ferè magnitudine naturali); ζ . antherae (perleviter auctae).



Onopordon Nogalesi Svent.

Centaurea satarataënsis Svent, nova spec.

subspec. *satarataënsis* Svent.

Sectio *Cheirolophus* Cass.

SUFFRUTEX 50-150 cm. alt., habitu erecto, a basi ramificatus, ramis rigidis, parcè ramulosis; cortice caulis veteribus fissuroso-aspero cum cicatricibus sat notabilibus, in ramis juvenilibus et ramulis plus minusve albido-tomentoso. Foliis integris, lanceolatis vel elliptico-lanceolatis in brevem petiolum attenuatis, breviter acuminatis, margine minutissimè denticulatis, 10-15 cm. long., 2-4 cm. lat., utrinque glabris, viscidulis, rhachi albicante; foliis marcidis sat adhaerentibus. Stipite florali rigido, longitudine valde variabili; inflorescentia subcorymbosa, oligocephala ferè semper 2-6-capitulata (aliquando a 8-12 capitulis composita), rarior monocephala; pedunculis striatis, laxè foliosis cum 1-2 foliis floralibus involucrum brevioribus; capitula 3-4 cm. diam., involucri conoideo-sphaerico (in gemma ovoideo), ca. 15 mm. diam. max., ca. 20 mm. long., 8-seriali, bracteis involucralibus glabris, lucidi-virentibus perlucidulis, margine integro, subhyalino; inferioris subtriangularibus; intermediis oblongo-lanceolatis; intimis lineari-ellipticis; appendicibus flabelliformibus, applicatis, lutescentibus, usque ad basim divisis, 5-9-laciniatis, laciniis filiformibus, crispatis; flosculis albis (in defloratione flavescens), odore vanillae suaviter redolentibus, 25 mm. long., tubo tenuissimo, a tertia parte superiori paulatim dilatato; corollulae divisionibus horizontaliter apertis, augustissimis (vix 1 mm. lat.), 4 mm. long., linearibus, subacutis; antheris corollulae divisiones aequantibus vel aliquantulum brevioribus, albescentibus; stylo ca. 10 mm. exserto supra antheras, annulo glabro, vix notato; laciniis stigmatum brevissimis, rotundatis. Achaenium 5 mm. long., ca. 2 mm. lat., subtetragono-compressum, subclaviforme, leviter curvatum, laceratè decurtum in basi, leucophaeum et fuscomaculatum; villo ferè duplo longiori quam achaenium, setis albis, caducissimis.

Floret Aprili-Maio; fructificat Julio-Octobri.

Habitat in clivibus petrosis atque inter saxas praeuptas a 500 m. ad 600 m. supra mare.

Locus originis: Junonia Minor (Insula Gomera vocata); regione australi in montibus circumstantibus loco Sataratá dicto, ubi est valde pauca. Legit cum fructu die 2 Septembris 1957 et cum flore die 24 Maii 1958. Stirps canariensis rarissima.

EXPLICATIO TABULÆ XXVIII

Centaurea satarataënsis Svent.

α . Ramus floridus (magnitudine naturali) ; β . bractea intermedia (4 x) ; γ . flosculus (2 x) ; δ . achaenium (4 x auctum).



Centaurea satarataënsis Svent.

Centaurea satarataënsis Svent.

subspec. *Dariasi* Svent., subspec. nova.

HABITU humilore (50-80 cm. alt.); foliis subsessilibus vel breviter petiolatis, versus apicem sensim attenuatis et longe acuminatis, margine serrato vel integro in parte superiori, viscosis; floralibus majoribus involucri superantibus; capitulis majoribus (4-5 cm. diam.); involucri globoso, 9-10 seriali, bracteis latioribus, ovato-ellipticis, apice latè obtuso, turbidè viridulis, margine incrassato, perlucido; appendicibus crispatis-divaricatis, ad dimidium 9-11-laciniatis; flosculis flavescens, odore stramineo exhalantes, tubo in dimidia parte dilatato; divisionibus corollulae 6 mm. long., obtusis; antheris corollulae divisiones aequantes vel longioribus; achaeniis $1/3$ longioribus, nigrescentibus a typo differt.

Floret Aprile-Junio.

Habitat in humosis fissuris rupium abruptarum locis semiumbrosis inter 250-600 m. supra mare.

Locus originis: Junonia minor; in magna valle "Barranco del Cabrito" vulgo dicta, ubi sat rara invenitur, et supra pagum Seima dictum, ubi est sat copiosa. Legi cum flore et fucto die 19 Maii 1958.

Haec pulchra stirps cl. viro gomerensi Philiberto Darias Veguero dedico.

Centaurea glomeratha Svent.

var. *integrifolia* Svent., var. nova.

DIFFERT a typo habitu altiore, rigidiore; foliis integris, lanceolatis vel lanceolari-linearibusvé, acutis, in longum et tenuem petiolum sensim attenuatis, margine sparsim serrato-dentato vel integro.

Floret mense Maio usque finem aestatis; fructificat Julio-Septembri.

Habitat in petrosis siccis atque in fissuris erosis rupium abruptarum orae maris.

Locus originis: Junonia minor; ad pedem magno promontorio "San Marco" vulgo dicto, ubi legi cum flore die 15 Maii 1945, postea cum flore et fructu ibidem die 17 Augusti 1952 lecta.

EXPLICATIO TABULÆ XXIX

Centaurea satarataënsis Svent.
subspec. *Darisi* Svent.

α . Ramus floridus (magnitudine naturali) ; β . bractea
intermedia (4 x) ; γ . flosculus (2 x) ; δ . achaenium
(4 x auctum).



Centaurea satarataënsis Svent. *subspec. dariasi* Svent.

Sonchus imbricatus Svent, nova spec.

Sectio *Eusonchus* DC.

STIRPS annua vel subperennis, ca. 30 cm. alt., sublignosa cum foliis marcidis ad basim conferta, saepe saepius valde ramificata; ramis tortuosis, quadrangulatis, plus minusve alatis, glabris, perfoliosis, horizontaliter dispositis. Foliis limbo lanceolato, arcuatis, runcinato-pinnatisectis, dorso rhaquideo ad instar alae super caulem decurrente, subcarnosis, virido-glauciscentibus, glabris, divisionibus imbricatis, latè rhomboideo-rotundatis, rusticè anguloso-dentatis, acutiusculis, undulato-revolutis, segmento terminali plus exiguo, apiculato, basilaribus in petiolem latè alatum et semiamplexicaulem attenuatis, divisionibus oppositis aut suboppositis; caulibus cum petiolo valde alato munitis. ad basim magis dilatato-auriculato, amplexicaule-deflexo et rusticè festonato-dentato, divisionibus alternis. Inflorescentia corymbosa, oligocephala, bracteis subsagittiformibus, dentatis, deflexo-revolutis, apice recurvato, ornata; pedunculo cylindrico, densè subtus involucri albo-lanato (aliquando unibracteolato); capitulis 2-3 cm. diam., involucri triseriali, ante florationem ovato-cylindrico; bracteis lineari-lanceolatis, obtusiusculis, herbaceis, glabris, virido-fuscis; receptaculo concavo-infundibuliforme, reticulato-papilloso, post disseminationem deflexo-revolutum; floribus periphaericis ca. 15 mm. long., tubo limbulo ligulae aequante, albo, supernè albob piloso; ligula obtusaque quinque-laciniata, utrinque glabra, deaurata; stigma valde exerto, Achaeniis lanceolato-fusiformibus, 2,5 mm. long., ca. 1 mm. lat., complanatis, pentacostatis, striatis, transversè rugosis, fuscis vel nigriscentibus; pappus heterotrichus, pilis exterioribus mollibus, interioribus rigidiusculis, longioribus, minutissimè denticulatis.

Floret atque fructificat a mense Martio ad mensem Junium.

Habitat in humosis inter rupes abruptas atque ventibus maris valde agitatae.

Locus originis: Archipelagus Canariensis in parva insula "Roque del Este" dicta, ubi legi cum flore et fructu die 16 Aprilis 1954. Valde rara.

EXPLICATIO TABULÆ XXX

Sonchus imbricatus Svent.

α . Planta integra florida et fructigera (magnitudine naturali) ; β , γ et δ . bractee involucralis (omniae 3 x auctae) ; ϵ . flos (3 x) ; ζ . achaenium (6 x auctum).



Souchus imbricatus Svent.

× *Sonchus Maynari* Svent., hybr. nat. nova.

(*Sonchus congestus* Willd. × *S. fauces-orci* Knoche).

Sectio *Dendrosonchus* Webb et Sch. Bip.

SUFFRUTEX 50-80 cm. alt. aut amplius, multicaulis; caulibus 3-4 cm. crassis, simplicis vel parçè ramificatis, cortice rugoso-suberoso. Foliis laxè rosulatis, ambitu oblanceolato, 40-60 cm. long., 10-15 cm. lat. maxim., in longum petiolum attenuatis, glabris, glaucescentibus, rudè et sinuosè pinnatipartitis, rhaqui albescenti, subtus valde prominenti, segmentis oppositis, triangular-elongatis, anguloso-lobulatis vel dentatis, margine fimbriato-denticulato, segmento terminali latè subrhomboideo, grossè lobato, apiculato; caulinaribus generaliter 3, saepe saepius sat parvis, sessilibus. Stipite florali annotino, 1 m. et amplius altitudinis, erecto, cylindrico, glabro; inflorescentia corymbiformi, lata, aliquando infernè cum 2-3 ramis dissitis, ramis erecto-patulis, irregulariter ramulosis, centralibus simplicibus vel di-tetracephalis; bracteis lineari-sabulatis, plus minusve albo-floccoso-tomentosis; capitula 4-5 cm. diam., permultiflora; involucro cylindraceo-globuloso, 12-15 mm. long., 8-10 mm. diam., 3-4-seriali; bracteis involucralibus lanceolatis vel linearibus, apiculatis, glabrescentibus; floribus periphaericis ca. 25 mm. long., tubo ca. 10 mm. long., infra glabro, supra crispato-villoso; ligula linear-oblonga, ca. 4 mm. lat. maxim., apice truncato, dentibus acutissimis, glabra ab anverso, paulo pubescenti a reverso; stylo sat longè exerto, nigrobrevissimè piloso superne, laciniis stigmae ca. 3 mm. long., spiraliter deflexis. Achaenio lanceolato, curvato-subcompresso, ca. 3 mm. long., striato, vix ruguloso transversè, castaneo-deaurato; villo achaenium longiore, heterotricho, pilis externis lenibus, internis vero longioribus, rigidis, minutissimè denticulatis.

Floret et fructificat Februarii-Maji.

Habitat inter parentes ad rupes subumbrosas ad 400 m. alt.

Locus originis: Nivaria insula (Tenerife dicta) in anfractuosis Mascae, ubi reperta fuit die 14 Martii 1950. Valde rara.

Hanc speciosam plantam amico et cl. Dr. J. Maynar, professore scientiarum naturalium in Universitate Lagunae dico.

EXPLICATIO TABULÆ XXXI

× *Sonchus Maynari* Svent.

α . Stipes floralis florigerus cum folia basilari (magnitudine naturali); β . bractea involucri exteriora; γ . idem intermedia; δ . eadem intima (omniae 2 x auctae); ε . flos (2 x); ζ . achaenium a ventre visum (4 x auctum).



× *Sonchus Maynari* Svent.

Sonchus Gonzalezpadroni Svent, nova spec

Sectio *Dendrosonchus* Webb et Sch. Bip.

SUFFRUTEX 40-70 cm. alt., paucicaulis, caulibus annotinis, 2-4 cm. diam., simplicis vel tortuosè ramificatis, infernè foliis marcidis coopertis; cortice fissuroso-rugoso, fusco. Foliis laxè rosulatis, 10-30 cm. long., 4-8 cm. lat., ambitu obovato-lanceolato, in brevem petiolum alatum, amplexicaulem sensim attenuatis, glabris, glauco-pruinosis, grossè runcinato-pinnatisectis vel pinnato-partitis, 5-10 jugis, segmentis inferioris in jugis sagittiformibus suboppositis, superioribus alternis, triangulari-lanceolatis vel deltoidei-rotundatis, anguloso-lobulatis vel rudè dentatis, in basi dilatato-undato decurrentibus, trinervatis, nervis albescentibus, margine irregulariter denticulato; segmento apicali majori, plus minusve prolongato-lanceolato, subtrilobato; foliis marcidis valde adhaerentibus. Stipite florali 30-50 cm. long. et amplius, erecto, leviter geniculato, cylindrico, glabro, simplici, ad basim parçè folioso, foliis sessilibus, auriculatis; inflorescentia magna, 30-50 cm. diam., paniculato-corymbiformis, infernè parçè ramificata, laxa, ramis horizontaliter dispositis vel deflexis, valdè inaequalibus, bi-trifurcatis, nudis vel unibracteatis (rariorè oppositè bibracteatis), ad apicem sat incrassatis, albo-floccosis; capitula 4-5 cm. diam., permultiflora (400-500 floris); involucri subconico, 20-30 mm., long. 10-20 mm. lat. maxim., plus minusve albido-floccoso, 4-seriali; bracteis involucrialibus saturatè viridibus, margine subhyalino, integro; exterioribus triangulari-elongatis, acutiusculis vel apiculatis; intimis lineari-attenuatis, apice pilosiusculo, leviter obtuso; receptaculo plano, profunde alveolato, alveolis margine lacerato-scarioso, unilateraliter in aristam prolongato; floribus periphaericis ca. 20 mm. long., tubo angustissimo, albido, in dimidio superiori densè piloso; limbo ligulae 10 mm. long., 2 mm. lat. max., linear-cuneato, apice truncato-denticulato, dentibus triangularibus, acutis, utrinque glabro, intensè luteo; staminibus exertis; stylo vix exerto, laciniis ca. 2 mm. long., valdè recurvatis. Achaeniis leviter heteromorphis, ca. 3 mm. long., deauratis, valde compresso-recurvatis, multistriatis, 4-5 striis principalis valde prominentibus; periphaericis aovato-oblongis, aspero-rugulosis, ferè muticis; centralibus lineari-oblongis, ad basim valde attenuatis, sublaevatis, breviter stipitatis; villo biseriali, duplo longiori quam achaenium, setis niveis, valde inaequalibus; majoribus rigidis, fragilis, parçè denticulatis, caducissimis; minoribus tenuissimis, pilosiusculis, intricatè expandis et sat persistentibus.

Floret et fructificat Julio-Septembri.

Habitat in fissuris humosis rupium phonolithicarum, subumbrosarum.


Locus originis: Junonia Minor (Insula Gomera) in regione australe: in profunda valle "Marandón" vulgo dicta inter 600-800 m. supra mare, ubi sat pauca est, die 6 Octobris 1956 cum fructu lecta fuit; postea in loco dicto "Barranco Ancones" supra oppidulum Valle Gran Rey ad 600 m. altitudinis cum flore et fructu die 4 Septembris 1957 legi.

Amico meo cl. Dr. Coelestino González Padrón, plurimis excursionibus meis in Insulis Canariensibus particeps, hanc speciosam speciem grato animo dedico.

EXPLICATIO TABULÆ XXXII

Sonchus Gonzalezpadroni Svent.

α . Caulis floriger et fructiger (magnitudine naturali);
β . bractea involucralia externa; γ . idem interna (ambae 2 x auctae); δ . flos (2 x); ε . achaenium centrale;
ζ . idem periphaericum (ambo 4 x aucte).



Sonchus Gonzalezpadroni Svent.

Sonchus Ortunoii Svent, nova spec.

Sectio *Dendrosonchus* Webb et Sch. Bip.

SUFFRUTEX 30-50 cm. alt. et amplius, multicaulis a basi ramificatus; caulis annotinis, tortuosis, simplicibus vel ramificatis, rudis, nigrescentibus, foliis marcidis densè tectis. Foliis ad apicem caulorum densè rosulatis, 15-20 cm. long., ambitu oblanceolato in petiolum latè alatum, semiamplexicaulem sensim attenuatis, grossè pinnatopartito-lobatis, lobis deltoidei-rotundatis, irregulariter dentatis, margine spinuloso-fimbriato, rhaqui albido, valde incrassato, utrinque glabris; foliis marcidis per multos annos persistentibus. Stipite florali generaliter 20-30 cm. alt., rigido, cylindrico, simplici vel parcè ramificato et folioso, foliis sessilibus, subternè floccoso-araneosis; inflorescentia oligocephala, subcorymbosa, ramulis 5-10 cm. long., aliquando bracteis duabus simplicibus ornatis; capitula 4-5 cm. diam., circa 3 cm. long., verè multiflora; involucri globuloso, 1-2 cm. diam. et densè albo-lanato-floccoso in basi; bracteis involucralibus obtusiusculis, glabris, virido-flavescentibus; externis deltoideis, concavis versus apicem, margine crispato-undulato; intermediis elongato-spathulatis; intimis lineari-paleiformibus; floribus periphaericis 25-30 mm. long., tubo ca. 15 mm. long., angustissimo, albo, in dimidio superiori densè crispato-hispido; ligula ca. 3 mm. lat. maxima, linear-cuneata, apice truncato, dentibus deltoideis munita, glabra in anverso; staminibus 2-3 brevioribus quam ligula; stylo exerto, laciniis stigmae 2 mm. long., spiraliter recurvatis. Achaenio 3,5 mm. long., 1,5 mm. lat., ambitu linear-elliptico, subtriangulari-compresso, transversaliter suberoso-striato-ruguloso, dorso plano-convexo e striis parum notatis, a ventre incrassatè striato; villo biseriali, subtriplo longiori quam achaenium, setis majoribus parcè denticulatis cum alteris fibrillosis abundanter intermixtis.

Floret et fructificat a Martio usque ad Julium.

Habitat inter saxas subumbrosas et in clivis petroso-argillosis.


Locus originis: Junonia Minor (etiam Gomera dicta); in regione austro-occidentale: in profunda valle vulgo dicta "Marandón" versus 600 m. supra mare, ubi legi die 6 Octobris 1956, et in magno cavo Argagae ad 200 m. alt. die 31 Augusti 1957 lecta. In ambo loco sat pauca.

Hanc pulchram speciem cl. Francisco Ortuño Medina amico et benemerito investigatori Florae canariensis grato animo dico.

EXPLICATIO TABULÆ XXXIII

Sonchus Ortunoi Svent.

α . Caulis floriger (magnitudine naturali); β . bractea involucralia intima; γ . intermedia; δ . exteriora (omniae 2 x auctae); ϵ . flos (2 x); ζ . achaenium (4 x auctum).



Sonchus Ortunoi Svent.

Sonchus filifolius Svent, nova spec.

Sectio *Atalanthus* DC.

SUFFRUTEX 50-100 cm. alt., a basi ramificatus; truncis erectis, parcè et tortuosè ramosis; cortice ruguloso cum cicatricibus sat prominentibus, grisaceo-nigrescenti in truncis veteribus, deaurato-albescenti in ramis juvenilibus. Foliis ad apicem ramulorum juvenilium congregatis vel in rosula 10-20 foliorum glomeratis, 10-15 cm. long., ambitu lanceolato, glabris, pinnatisectis cum 6-12 iugis segmentorum, infernè suboppositis, versus apicem alternis, 2-10 cm. long., 0,5 mm. lat., planis in anversum, convexis in reversum, acutiusculis, parcè decurrentibus, rhaqui vix 1 mm. lat., albo-hyalino, strictè et eleganter viridè marginato; petiolo 2-4 cm. long.; foliis marcidis usque ad florationem persistentibus. Stipite florali 20-30 cm. long., erecto, rigido, cylindrico, infernè plus minusve folioso, foliis simplicibus vel subpinnatisectis, vix 1 cm. long., albo-pannoso-floccosis; inflorescentia corymbiforme, sat densa, 5-12 cm. diam. (aliquando cum 1-3 corymbulis inferioribus, paucifloribus), multiflora, ramulis et ramusculis plus minusve horizontaliter insertis; pedunculis filiformibus, ferè semper aequilongis ut capitulis; capitula 8-10-flora, ca. 12 mm. diam., involucri cylindraceo, 8 mm. long., ca. 2 mm. diam.; bracteis involucri glabris, viridibus, externis subulatis; internis linearibus vel lineari-lanceolatis, obtusis, albo-hyalino-marginatis; floribus periaphaericis 5 mm. long., tubo angustissimo, 2 mm. long., ad apicem pilosiusculo; ligula intensè sulphurea, 3 mm. long., 1,5 mm. lat., lineari-elliptica, apice truncato-quinquedentato dentibus acutiusculis; staminibus $1/3$ brevioribus quam ligula; stylo parum exerto, laciniis stigmae 1 mm. long. Achaenio subfusiformi, compresso, 2,5 mm. long., 0,5 mm. la., colore cinnamomi, asperulo, densè striato, 5 striis principalibus strigulosis, apice albo-annulato et minutissimè stipitato; villo aliquantulum breviori quam achaenium, uniseriali, inaequali, rigido, valde caduco et fragili cum setis valde tenuibus, denticulatis, albis.

Floret Augusto-Octoberi; fructificat Septembri-Novembri.

Habitat inter rupes siccas et semiumbras.

Locus originis: Junonia Minor (Insula Gomera dicta) in anfractu vulgo dicto "Marandón" ad 600 m. supra mare, ubi legi in completa fructificatione et cum paucis floribus die 6 Octobris 1956; postea in magno cavo Argaga ad 150 m. alt. die 31 Augusto et in Valle Gran Rey juxta locum vulgo dictum "Roque de Guadà" ad 600 m. altitudinis die 4 Septembris 1957 in plena floratione legi; in utraque loco datur abundanter.

Sonchus filifolius datur sat frequenter in locis petrosis ubique regionis meridianis atque austro-occidentalis insulae Gomera et distenditur a proximitate maris (vallibus circa Sancti Sebastiani) ferè usque ad 1.000 m. supra mare (clivitatibus rupibus supra pagum "Alojera" dictum) ubi invenitur abundantissimè, specialiter in ultimo loco citato.

EXPLICATIO TABULÆ XXXIV

Sonchus filifolius Svent.

α . Caulis floridus; β . idem foliosus (ambo magnitudine naturali); γ . bractea involucralia externa; δ . idem interna (ambae 4 x auctae); ε . flos (5 x); ζ . achaenium a lato; η . idem cum villo a ventre visum (ambo 10 x aucti).



Sonchus filifolius Svent.

Sonchus capillaris Svent, nova spec.

Sectio *Atalanthus* DC.

FRUTEX 100-200 cm. alt., robustus, multicaulis; caulibus erectis, rigidis, simplicibus vel vix ramificatis versus apicem, ramis tortuosis; cortice glabro cum cicatricibus parum notabilibus, fusciscenti in truncis veteribus, lucente albo-lutescenti in truncis juvenilibus. Foliis glomeratis versus apicem ramulorum juvenilium, paucis, ephemeris, 8-20 cm. long., ambitu lanceolato, nitido-glabris, pinnatisectis cum 5-9 iugis segmentorum alternorum, gracilissimis, 2-8 cm. long., 0,2 mm. lat., acutissimis, angustissimè viride-marginatis, non decurrentibus, rhaqui filiforme; petiolo 1-3 cm. long. Stipite florali 10-15 cm. long., rigido, cylindrico, tomentoso-pannoso vix folioso ad basim; foliis caulinaribus cum segmentis brevissimis, setaceis; inflorescentia paniculato-corymbiforme, laxa, 15-20 cm. diam., cum 2-4 ramis inferioribus; ramis et ramusculis erectiusculi-divergentibus; bracteis tenuissimis, subulatis; pedunculis valde inaequalibus longitudine, aequivalentibus capitulis imo bis ter longioribus; capitula 10-15-flora, ca. 10 mm. diam.; involucrio subcylindrico, ca. 5 mm. long., vix 2 mm. diam.; bracteis involucralibus glabris, virido-rubrescentibus, externis lineari-attenuatis, obtusis; internis lineari-lanceolatis, obtusiusculis, margine hyalino, infernè integro, scarioso-ciliato apud apicem; floribus periphaericis 6 mm. long. cum tubo vix 2 mm. lat., densè albo-piloso-glanduloso in dimidio superiore; ligula pallide-lutea, 4 mm. long., 2 mm. lat., ovalata, apice truncato, quinque-denticulato, denticulis acutis; staminibus 1/4 brevioribus quam ligula; stylo incluso; laciniis stigmae ca. 1 mm. long., dimidie exertis. Achaenio lineari-fusiformi, valde ad basim attenuato, compresso, ca. 5 mm. long., deaurato, quinque-striato, minutissimè albo-papilloso, apice albo-stipitato; villo achaenium longiore, sub-biseriali, inaequali, valde deflexo atque caduco cum setis denticulato-setosis, albis.

Floret et fructificat Septembri-Novembri.

Habitat inter rupes apricas et siccas.

Locus originis: Nivaria (Tenerife) in magno anfractu, vulgo dicto "Barranco de Tejina" inter 400-700 m. alt., ubi datur plus minusve abundans. Legit cum flore et fructu die 18 Octobris 1957

Sonchus capillaris est planta valde xerophila, sed major pars anni in statu aphylo. Invenitur sat frequens in locis calidis et petrosis regionis australis Nivariae, et de testimoniis a diversis auctoribus factis pro *Sonchu leptcephalo* Cass. in hac regione aliqui debent, sine dubio, esse referenti ad *S. capillarem*, qui est magis affinis *S. filifolio* mihi, quam ad speciem anteriorem.

EXPLICATIO TABULÆ XXXV

Sonchus capillaris Svent.

α . Caulis floriger et fructiger; β . idem foliosus (ambo magnitudine naturali); γ . bractea involucralia externa; δ . idem interna (ambae 4 x auctae); ϵ . flos (5 x); ζ . achaenium cum villo a ventre; η . idem a lato visum (ambo 10 x aucti).



Sonchus capillaris Svent.

× *Sonchustenia* Svent., genus hybr. naturalis novus.

(*Sonchus* L. × *Sventenia* F. Q. — Compositae-Liguliflorae-Cichorieae-Crepidinae).

INVOLUCRO bracteis 18-22, 3-4-serialibus, herbaceo-membranaceis, basi leviter incrassatis, glabrescentibus aut sparsè piloso-glandulosis, post florationem deflexis et non accrescentibus. Receptaculo nudo, plano, centro plus minusve concavo, alveolis ferè nullis, confluentibus, scariosibusque. Achaeniis conformibus, compresso-fusiformibus, ad apicem attenuatis, tenuiter striatis, striis transversè rugulosis; pappo sessili, duplo, externè pilis tenuissimis, plus minusve persistentibus, internè setis 15-17, rigidis, crebris et valde caducis, omnibus denticulatis, formato. Suffrutices parcè ramificatis, foliis versus apicem caulibus laxè rosulatis. Hybridæ typus sequens:

× *Sonchustenia decipiens* Svent., spec. hybr. nat. nova.

(*Sventenia bupleuroides* F. Q. ♀ × *Sonchus leptcephalus* Sch. Bip. ♂).



formibus, ca. 2 mm. long. Achaenia 10-12-striata, 4 mm. long., castanea; pappo albido, longitudine achaenii aequanti.

SUFFRUTEX 50-80 cm. alt., a basi plus minusve ramificatus, caulibus ferè semper simplicibus, ca. 1 cm. crassis, erecto-patentibus, deinde pendulis, internè nudis cicatricibus sat notatis, ad apicem rosulato-foliosis. Foliis lineari-lanceolatis, ad basim longè attenuato-alatis, apice sensim attenuato-acuminato, glaucescenti-viridibus, utrinque glabris, foliis marcidis sat persistentibus. Stipite florali aphylo, pilosiusculo-glanduloso, pilis flavescens, ramoso-corymboso, amplo, 50-80-capitulato, involucro ca. 8 mm. long., 3 mm. diam., bracteis linearibus, angustè albo-marginatis, piloso-glandulosisque, exterioribus acuminatis, intimis obtusiusculis, omnibus post fructificationem deflexis; ligulis luteis, involucro duplo superantes, tubo crispato-pilosulo, limbulò linear-cuneato, dentibus deltoideis apice denticulato, stylo incluso; laciniis stigmae fili-

Floret et fructificat Martii-Septembri.
Habitat inter progenitores in fissuris rupium subumbrosarum ad 700 m. alt.
Locus originis: Canaria Magna; Risco de Goyedra, ubi legi cum floribus et fructibus
die 12 Maji 1952. Sat pauca.

EXPLICATIO TABULÆ XXXVI

× *Sonchustenia decipiens* Svent.

- α . Caulis floriger et fructiger (magnitudine naturali) ;
- β . capitulum (2 x) ; γ . bractea involucralia exteriora ;
- δ . idem interiora (ambae 4 x auctae) ; ε . flos (2 x) ;
- ζ . achaenium (8 x auctum).



× *Sonchustenia decipiens* Svent.

× *Prenanthenia* Svent., genus hybr. naturalis novus.

(*Prenanthes* L. × *Sventenia* F. Q. — Compositae-Liguliflorae-Cichorieae-Crepidinae).

INVOLUCRO bracteis 13-16, sub-biserialibus, herbaceo-membranaceis, liguliformibus, basi incrassato, post florationem apertis, non accrescentibus. Receptaculo nudo, alveolato, alveolis vix marginatis, margine pergaminaceo-scariosa. Achaeniis conformibus, compresso-fusi-formibus, erostratis, subquadrangularibus, tenuissime sulcatis, areolatis, glabris, nectario conspicuo; pappo sessili, biseriali, setis 10-14, rigidis, subaequalibus, dentatis, valde caducis ac pilis rigidiusculis, denticulatis composito. Suffrutices, caulibus scapiformibus, foliis rosulatisve, deciduiis. Hybridae typus sequens:

× *Prenanthenia rupicola* Svent., spec. hybr. nat. nova.

(*Sventenia bupleuroides* F. Q. ♀ × *Prenanthes pendula* Sch. Bip. ♂).



SUFFRUTEX 10-20 cm. alt., a basi ramosus, laxè caespitosus; caulibus annotinis, simplicibus, rarè ramosis, ca. 5 mm. diam., cortice glabro, foliorum cicatricibus notatis. Foliis ad apicem caulorum laxè rosulatis, sublanceolatis, longè acuminatis, in longum petiolum sensim attenuatis, integris vel remotè et irregulariter sinuoso-dentatis, dentibus acuminatis, viridoglauciscentibus, utrinque glabris. Stipice florali erecto, 15-18 cm. long. foliis 1-3, sessilibus, intergerrimis, acuminatis, semiamplexicaulibus foliato,

plus minusve crispato-piloso-glanduloso versus apicem, subcorymboso, 10-15 capitulato; involucro cylindraco, ca. 10 mm. long., 5 mm. diam., bracteis linearibus, viridibus, angustè hyalino-marginatis, dorso parcè piloso-glanduloso, intimis ferè 1 mm. lat., omnibus acutatis; ligulis luteis, involucrum duplo longioribus, tubo supernè pilosiusculo, limbulo linear-oblongo, crenulato-denticulato; stylo breve exerto, denticulato; laciniis stigmae 1,5

mm. long., minustissimè denticulatis Achaenia 8-striata, 4 mm. long., spadicina; pappo albo, achaenium aequanti.

Floret et fructificat Julii-Septembri.


Habitat inter progenitores in fissuris rupium basalticarum, abruptarum versus 700 m. supra mare.

Locus originis: Canaria Magna; supra pagum Goyedra, ubi die 18 Julii 1952 cum flore et fructu lecta fuit. Valde rara.

EXPLICATIO TABULÆ XXXVII

× *Prenanthenia rupicola* Svent.

α . Caulis floriger et fructiger (magnitudine naturali);
β . involucrum (2 x); γ . bractea involucralia exteriora;
δ . idem intima (ambae 4 x auctae); ε . flos (4 x);
ζ . achaenium (8 x auctum).



× *Prenanthenia rupicola* Svent.

INDEX
FAMILIARUM, GENERUM ET SPECIERUM
PARTIS PRIMAE

<i>Aeonium vestitum</i> Svent.	13
<i>Allium trifoliatum</i> Cyr. subsp. <i>obtusipetalum</i> Svent.	3
<i>Androcymbium psammophilum</i> Svent.	1
<i>Apollonias Ceballosi</i> Svent.	9
ASCLEPIADACEÆ	40
<i>Asparagus fallax</i> Svent.	4
» <i>umbellatus</i> Link. var. <i>flavescens</i> Svent.	3
<i>Bencomia brachystachya</i> Svent.	23
» <i>exstipulata</i> Svent.	25
» <i>sphaerocarpa</i> Svent.	20
BORAGINACEÆ	47
CARYOPHYLLACEÆ	7
<i>Centaurea ghomerytha</i> Svent. var. <i>integrifolia</i> Svent.	73
» <i>satarataënsis</i> Svent.	71
» » » subsp. <i>Darisi</i> Svent.	73
<i>Ceropegia ceratophora</i> Svent.	44
» <i>chrysantha</i> Svent.	42
» <i>hians</i> Svent.	40
» » » var. <i>striata</i> Svent.	41
» <i>Krainzi</i> Svent.	43
<i>Chrysanthemum callichrysum</i> Svent.	65
» <i>Winteri</i> Svent.	67
CISTACEÆ	33
COMPOSITÆ	65
CONVOLVULACEÆ	46
<i>Convolvulus Lopezocasi</i> Svent.	46
GRASSULACEÆ	13
CRUCIFERÆ	11
<i>Echium handiense</i> Svent.	47
» <i>triste</i> Svent.	49
» » » var. <i>gomeræum</i> Svent.	51
» » » var. <i>nivariense</i> Svent.	51
EUPHORBIACEÆ	27
<i>Euphorbia atropurpurea</i> Brouss. var. <i>modesta</i> Svent.	33
» <i>jubaeaphylla</i> Svent.	29
» <i>Lambi</i> Svent.	27

GLOBALIARIACEÆ	57
<i>Helianthemum bystropogophyllum</i> Svent.	33
» <i>thymiphyllum</i> Svent.	35
LABIATÆ	52
<i>Lavandula Minutolii</i> Bolle var. <i>tenuipinna</i> Svent.	52
» <i>pinnata</i> L. fil. var. <i>tolpidifolia</i> Svent.	52
<i>Lavatera acerifolia</i> Cav. var. <i>hariensis</i> Svent.	32
LAUREACEÆ	9
LILIACEÆ	1
<i>Limonium dendroides</i> Svent.	38
<i>Lytanthobularia</i> Svent.	57
<i>Lytanthobularia indubia</i> Svent.	57
MALVACEÆ	32
<i>Micromeria pineolens</i> Svent.	55
<i>Monanthes adenoscepes</i> Svent.	18
» <i>amydros</i> Svent.	16
» <i>brachycaulon</i> (W.B.) Lowe. var. <i>adenopetala</i> Svent.	17
» » » » var. <i>nivata</i> Svent.	17
<i>Nepeta teydea</i> W. et B. var. <i>albiflora</i> Svent.	56
<i>Onopordon Nogalesi</i> Svent.	69
<i>Parolinia schizogynoides</i> Svent.	11
PIANTAGINACEÆ	59
<i>Plantago arborescens</i> Poir var. <i>canescens</i> Svent.	62
» » » var. <i>mascaënsis</i> Svent.	61
» <i>asphodeloides</i> Svent.	59
» » » var. <i>oligostachya</i> Svent.	61
» <i>famaræ</i> Svent.	63
PLUMBAGINACEÆ	38
<i>Polycarpœa carnosa</i> Chr. Sm. var. <i>diversifolia</i> Svent.	8
» » » » var. <i>spatulata</i> Svent.	7
<i>Prenanthenia</i> Svent.	89
<i>Prenanthenia rupicola</i> Svent.	89
ROSACEÆ	19
SANTALACEÆ	5
<i>Sideritis nutans</i> Svent.	53
<i>Sonchus capillaris</i> Svent.	85
» <i>filifolius</i> Svent.	83
» <i>Gonzalezpadroni</i> Svent.	79
» <i>imbricatus</i> Svent.	75
» <i>Maynari</i> Svent.	77
» <i>Ortunoi</i> Svent.	81
<i>Sonchustenia</i> Svent.	87
<i>Sonchustenia decipiens</i> Svent.	87
<i>Spergularia fimbriata</i> Boiss. et Reut. var. <i>interclusa</i> Svent.	7
<i>Thesium psilotocladum</i> Svent.	5
VIOLACEÆ	37
<i>Viola canina</i> L. var. <i>hylonoma</i> Svent.	37
» <i>Kitabeliana</i> R. et Sch. var. <i>brevicalcarata</i> F. Q. et Svent.	37

ENUMERATIO TABULARUM

- TAB. I. — *Androcymbium psammophilum* Svent.
 » II. — *Asparagus fallax* Svent.
 » III. — *Thesium psilotocladum* Svent.
 » IV. — *Apollonias Ceballosi* Svent.
 » V. — *Parolinia schizogynoides* Svent.
 » VI. — *Aeonium vestitum* Svent.
 » VII. — *Bencomia sphærocarpa* Svent.
 » VIII. — *Bencomia brachystachya* Svent.
 » IX. — *Bencomia exstipulata* Svent.
 » X. — *Euphorbia Lambi* Svent.
 » XI. — × *Euphorbia jubæaphylla* Svent.
 » XII. — *Helianthemum bystropogophyllum* Svent.
 » XIII. — *Helianthemum thymiphyllum* Svent.
 » XIV. — *Limonium dendroides* Svent.
 » XV. — *Ceropegia hians* Svent.
 » XVI. — *Ceropegia chrysantha* Svent.
 » XVII. — *Convolvulus Lopezocasi* Svent.
 » XVIII. — *Echium handiense* Svent.
 » XIX. — *Echium triste* Svent.
 » XX. — *Sideritis nutans* Svent.
 » XXI. — *Micromeria pineolens* Svent.
 » XXII. — × *Lytanthobularia indubia* Svent.
 » XXIII. — *Plantago asphodeloides* Svent.
 » XXIV. — *Plantago famaræ* Svent.
 » XXV. — *Chrysanthemum callichrysum* Svent.
 » XXVI. — *Chrysanthemum Winteri* Svent.
 » XXVII. — *Onopordon Nogalesi* Svent.
 » XXVIII. — *Centaurea satarataënsis* Svent.
 » XXIX. — *Centaurea satarataënsis* Svent. subsp. *Dariasi* Svent.
 » XXX. — *Sonchus imbricatus* Svent.
 » XXXI. — × *Sonchus Maynari* Svent.
 » XXXII. — *Sonchus Gonzalezpadroni* Svent.
 » XXXIII. — *Sonchus Ortunoi* Svent.
 » XXXIV. — *Sonchus filifolius* Svent.
 » XXXV. — *Sonchus capillaris* Svent.
 » XXXVI. — × *Sonchustenia decipiens* Svent.
 » XXXVII. — × *Prenanthenia rupicola* Svent.

HOC
ADDITAMENTUM
AD
FLORAM CANARIENSEM
AUCTORE
E. R. SVENTENIUS
APUD OFFICINAE
TIPOGRAFIA ARTISTICA
IMPRESSUM FUIT; FINITA IMPRESSIONE
DIE XIII MAII MCMLX

f